



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Thomæ Comptoni Carleton, Cantabrigiensis,
Societatis Jesu, In Collegio Anglicano Leodiensi Sacrae
Theologiae Professoris, Cursus Philosophicus Unversus**

Carleton, Thomas Compton

Antverpiæ, M.DC.XCVII.

Ex tractatu de Cælo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95656](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95656)

I N LIBROS DE COELO DISPUTATIO PRIMA.

De naturâ corporum cœlestium.

Ratio quæ in
hoc tracta-
tu servabi-
tur.



Philosophicè magis quàm astro-
nomicè isthæc pertractabimus:
nec tam diversos Cœlorū motus,
& concordem astrorum discordiā,
accessum solis & recessum à Po-
lis mundi, labores solis ac lunæ,
dici ac noctis, æstatis ac hyemis,
veris & autumnī, caloris & frigoris, lucis ac tenebra-
rum vicissitudinem, & alia hujusmodi, quàm proprie-
tates cœli, ejusque constitutionē, quæ peculiariter ad
Philosophum spectant, discutiemus: reliqua, quantum
instituti ratio patitur, succinctè, ac breviter trademus.

S E C T I O P R I M A.

An Cœlum sit animatum.

I. Aristoteles l. 2. de Cœlo, tex. 13. & 62. & l. 2.
Met. tex. 35. Cœlum ponere videtur animatum,
imò anima rationali, & intelligente præditum: licet
S. Thomas eum excuset, dicatque solum velle Ari-
stotelem cœlum habere animam, seu intelligentiā,
non informantem, sed assistentem.

II. Quicquid ergo sit de mente Aristotelis hac in
parte: cœlos esse animatos expressè docet Plato,
Pythagoras, & alij ex antiquis. Imò apud ipsos adeo
certum habebatur cœlum esse animatum, ut, teste
S. Augustino l. 18. de Civit. cap. 41. Anaxagoras
reus factus sit apud Athenienses, & supplicio affe-
ctus, quod solem lapidem ardentem esse dixerit, &
non aliquid animatum. Idem sentit Philo Judæus
libr. de opificio mundi. Plin. l. 2. Nat. Histor. cap. 8.
& alij.

III. Inter Christianos etiam non defuerunt, qui hoc
senserint: imò ipsemet S. Augustinus & S. Hiero-
nymus dubij hac in re fuisse videntur. Origines verò
To. 1. Commen. in Ioann. & l. 1. Periarchon cap. 7.
stellas non solum animatas esse docet, sed virtutis
etiam ac vitij capaces, Christumque, non pro homi-
num tantum, sed pro astrorum etiam peccatis esse
mortuum. Dubitat etiam Dionys. Carthusianus in 2.
d. 14 q. 4. utrum cœli animati sint, necne. Idem pro-
babile esse censet Aureolus in 2. d. 14 q. 2. ar. 2. & q.
3. faverque eidem opinioni Caiet. in Psal. 135. Imò
S. Thomas l. 2. cont. Gen. cap. 70 & alibi idem sen-
sisse videtur: sed l. p. q. 70. art. 3. opinionem illam
retractat.

VI. Conclusio: Cœlum non est animatum. Hæc est
communis Patrum ac Theologorum sententia: un-
de S. Ioan. Damascenus l. 2. fidei Orthod. c. 6. Nullus,
inquit, cœlos aut sidera animata esse existimet, animā
quippe, ac sensu carere. Idem docet S. Ioan. Chrysostomus
Homil. in Psal. 4. S. Ambros. l. 2. c. 4. S. Cyrill.
l. 2. cont. Jul. S. Basil. in Hexam. Hom. 3. In hanc etiā
sententiam conspirant recentiores ad unum omnes,
Pererius l. 2. in Genes. q. 7. Conimb. l. 2. de cœlo, c. 1.
q. 1. art. 2. Murcia l. 2. de cœlo, d. 1. q. 1. Ruvi. l. 2. de
cœlo c. 1. q. 1. Hurt. d. 1. de cœlo sect. 4. n. 41. Tann.

R. P. Th. Comptoni Philosophia.

1. p. d. 6. quæst. 2. d. 5. numer. 8. Arriaga d. un. de cœ-
lo, sect. 2. Oviedo cont. un. de cœlo p. 1. num. 3. &
alij.

Ratio est: nullum enim vitæ vestigium in cœlis
deprehendimus, unde gratis, & sine ullo fundamen-
to vitam iis quis tribuerit. Conf. alioqui pari quis ra-
tione dixerit aërem vivere: sicut autem hoc asse-
re, esset divinare, ita & illud. Conf. secundò quoad
vitam vegetativam, videmus enim in omnibus re-
bus, quæ hac vitâ vivunt, magnam organorum, par-
tium, ac temperamentorum varietatem, & heterogenei-
tatem, quæ vitæ hujus functionibus deservit, cum ta-
men in cœlo nihil cernatur hujusmodi, sed omni-
moda similitudo, & partium homogeneitas. Quæ
magis urgent, si cœlum sit corpus simplex, de quo
disp. sequente. Tandem quoad vitam rationalem
possit quis æquè dicere terram, aut aquam, vel a-
liam quamlibet rem materialem uti ratione, ac cœ-
lum.

Dices; hoc conjicitur ex motu, quem in cœlis u-
niformem cernimus, & perpetuum. Contrà: in re-
bus etiam inanimatis motum cernimus, ergo ex mo-
tu nullum ad vitam, nedum ad rationem deducitur
argumentum. Unde autem motus ille cœlorum pro-
veniat, utrum ab extrinseco, an ab innatâ iis virtute
motrice, dicetur postea.

S E C T I O I I.

*Utrum Cœli sint naturaliter incorrup-
tibilis.*

Naturaliter, inquam; per potentiam enim Dei
absolutam posse illos corrumpi, seu destrui, cer-
tum est. Sicut enim divinâ virtute ex nihilo sunt ex-
tracti, ita, si suum Deus concursus suspenderet, mo-
mento in nihilum reciderent. Et hoc sensu, si quis ita
loqui velit, sunt cœli naturâ suâ corruptibiles id est,
habent naturam, quæ non petit semper essentialiter
durare, sed divinâ virtute potest destrui.

Hoc modo intelligendi sunt nonnulli ex sanctis
Patribus, dum incorruptibilitatem nulli rei creatæ
naturâ suâ competere affirmant, nec cœlos tantum,
sed etiam Angelos, non naturâ, sed ex dono, & gra-
tiâ Dei immortales, & incorruptibiles esse asserunt.
Sic inter alios loquitur S. Damascenus l. 2. fidei Or-
thod. c. 3. Immortalis, inquit, Angelus est non naturâ,
sed gratiâ: nam omne quod caput, & desinere suâ pie na-
turâ potest. Intelligendus, inquam est, Angeli natu-
ram non petere, postquam producta est, essentialiter
semper existere, sed per Divinam saltem potentiam
destrui posse, licet per potentiam ordinariam, aut vi
agentium naturalium non possit.

Quæstio verò hæc procedit supponendo cœlos
componi ex materiâ & formâ: si enim sint corpora
simplicia, clarum est vi nullius, saltem agentis natu-
ralis, corrumpi eos posse.

L I 3

Prima

V. Ratio est,
quia nullū
vitæ vesti-
giū in cœlo
deprehendi-
tur.

Offenditur
cœlum non
vivere vitâ
vegetativâ.
Nec vitâ
rationali.

VI. Ex motu
non argui-
tur in cœlis
usus ratio-
nis.

I. Cœli divinâ
virtute pos-
sunt destrui.

II. Quo modo
intelligendi
Patres, dum
dicunt nullam
rem creatâ
esse natura-
lem, suâ immor-
talem.

III. Supponit
quæstio cœ-
lum non esse
corpus sim-
plex.

IV.
Prima sen-
tentia caelos
docet esse
corruptibiles

Prima sententia affirmat caelos esse naturaliter corruptibiles: ita Philosophi antiqui propè omnes, Plato, Anaxagoras, Democritus & alij. Idem sentire videtur Magister in 2. d. 14. & Carthusianus in 2. d. 14 q. 2. & expressè tenet Salmeron in 2. Pet. cap. 3. d. 4. Valesius de Philos. Sacra. cap. 89. Delrio in cap. 1. Genes. & alij nonnulli. In qua etiam sententiâ fuisse videntur nonnulli ex sanctis Patribus, quorum tamen mentem explicui n. 2.

V.
Secunda
sententia aut
caelos esse
incorruptibi-
les.

Secunda sententia docet Caelos esse naturaliter incorruptibiles: ita Aristot. l. 1. de Caelo cap. 3. & l. 2. cap. 1. & alibi, docens caelum non esse ejusdem rationis cum elementis, sed quintæ cujusdam essentia. Idem habet S. Thomas 1. p. q. 66. ar. 2. corp. & in 2. d. 14 q. 2. S. Bonav. in 2. d. 14. ar. 1. q. 1. & 2. Alensis 2. p. q. 40. Molina 1. p. q. 9. ar. 2. q. 2. Conimb. l. 1. de caelo c. 3. q. 1. ar. 2. Hurt. d. 1. de caelo sect. 5. Arriaga hic, de un. l. 3. n. 42. & 45. Oviedo d. un. de caelo. p. 2. n. 20. In qua etiam sententiâ sunt S. Dionys. S. Greg. Nyssenus, & plerique ex sanctis Patribus.

VI.
Caeli sunt
naturâ suâ
incorrupti-
biles.

Dicendum caelos esse naturâ suâ incorruptibiles: ita auctores secundæ sententiæ. Probatur, si enim possent caeli recipere primas qualitates & accidentia corruptiva, ergo ignis qui sphaeræ lunæ est vicinus, tot jam annorum spatio in eam egisset, & magnam ejus partem in ignem convertisset. Item, ipsa luna, quæ est virtualiter humida & frigida, ageret in caelum sibi proximum, & sic paulatim illud corrumperet, & in aquam resolveret. Præterea, non videtur repugnare hujusmodi unio inter materiam & formam, quæ sit naturaliter indissolubilis, sicut de facto unio inter materiam & quantitatem nullâ vi naturali dissolvi potest, nec unio passionum cum animâ. Tandem ad rectam universi constitutionem spectare videtur, ut dentur hujusmodi corpora incorruptibilia, tanquam corruptibilium constans, & stabilis mensura, ac permanens, & indefectibilis eorum causa.

VII.
Varia pha-
nomena,
quibus ostē-
di videtur
partes ali-
quas caeli de
facto fuisse
corruptas.

Sed contra hoc objici potest: nam de facto videtur in caelo aliquando contigisse corruptio: primò enim refert S. Augustinus 20. de Civit. c. 8. & cum eo plures Mathematici, tempore Regis Ogigis, stellam Veneris magnitudinem, cursum, & figuram mutasse. Deinde Anno salutis 1572. in Cassiopeia apparuit nova stella, quæ denuò post biennium paulatim desit. Stellam hanc in Cassiopea miraculo ascribunt Conimbricenses l. de caelo cap. 3. q. 1. ar. 4. sicut & multi alij faciunt Philosophi, & Astrologi. Quod idem dicendum de stellâ Veneris, si verum sit quod de ea refertur, Deumque ob fines sibi notos divinâ hæc virtute præstitisse, quemadmodum etiam miraculosè contigit stella illa in Nativitate Christi, & sol miraculosè in ejus morte fuit obscuratus, à motu cessavit jubente Josue, retrocessit decem gradibus in signum longioris vitæ Regi Ezechiae concessæ &c. si enim vi agentium naturalium possent fieri hujusmodi mutationes in caelo, cur non sæpius contingerent?

VIII.
Nonnulli
salvare hæc
conantur per
epicyclos.

Alij salvare hæc conantur per variam concurrentiam epicyclorum parvas quasdam stellas devehentium, quæ licet singulæ seorsum ob parvitatem certi non possint, possunt tamen, inquit, conjunctæ. Hoc bene impugnat Arria. hic. l. 3. n. 20.

IX.
Sintne caeli
in fine mun-
di vire cor-
rumpendi.

Quæres secundò, num saltem divinitus sint de facto corrumpendi caeli in die judicii? In varias de more auctores abiere sententias, affirmantibus his, aliis negantibus. A parte affirmativâ stant varia loca Sacrae Scripturæ. Psalm. 101. v. 27. Opera manuum tuarum sunt caeli, ipsi peribunt &c. Luc. 21. v. 33. Cælum & terra transibunt &c. secundæ Petri, 3. v. 10. Cæli magno impetu transibunt. Apoc. 21. v. 1. vidi cælum novum & terram novam, primum enim cælum, & prima terra

jam abiit. Ac proinde hanc sententiam amplectitur Salmeron. To. 1. proleg. 8. Maldon. in c. 24. Meth. v. 29. ubi ait revera stellas de caelo ante diem Judicii caluras: magis enim, inquit, assentior Christo affirmanti, quam Aristoteli id fieri posse neganti. Molina d. 14. de Opere sex dier. Hurt. in lib. de caelo l. 5. n. 49. & alij plurimi, secuti multos è sanctis Patribus, & ipsi literæ videtur conformior.

Suarez tamen 3. p. To. 2. d. 58. l. 2. §. Tertiò dicendū, citans magistrum & S. Thomam in 4. d. 47. & 48. Pererius l. 1. in Gen. q. 1. & 2. Conimb. l. 1. de caelo c. 3. q. 1. ar. 3. Tann. 1. p. d. 6. q. 4. dub. 5. n. 5. & alij secuti S. Augustinum l. 20. de Civit. c. 14. 16. 18. & 24. per caelos in his locis intelligunt ærem, quo sensu dicuntur aves volucres caeli, & alia hujusmodi, ut supra. Et certè locus S. Petri, qui tamen explicatu videtur difficillimus, patitur hunc sensum, caelos enim, quos in die Judicii dicit transiuros, paulò antè affirmaverat eluvione aquarum periisse, quod de sphaeris caelestibus intelligi non potest. Quando autem dicitur futuros caelos novos, & terram novam, intelligitur caelos illos qui de facto sunt, ita innovatum iri, ut videantur novi, sicut anno vertente semper videtur nova terra redeunte vere, cum sit nova facies rerum.

Ex his infero, caelum non esse corruptibile per divisionem seu destructionem unionis continuativæ, saltem ab ullo agente sublunari. Utrum autem ab Angelo non possit una pars ejus separari ab aliâ, non est ita certum.

SECTIO III.

Sintne caeli solidi, an fluidi

Sermo est de aliis ab Empyreo, Empyreum enim solidum esse, saltem quoad partem extimam, communis est Theologorum opinio. Imò S. Thomas solidum etiam intus usquequaque illud constituit, & sicut in corporibus beatorum donum subtilitatis ab omnibus constituitur, quo cum rebus quibusque durissimis penetrarentur, ita ære in pulmonibus incluso donum similiter penetrabilitatis cum caelo Empyreo concedit ipse, ut sancti ibidem vocem, ac verba formare possint, & inter se, ubi libitum fuerit, colloqui.

Tres in hac re sunt sententiæ. Prima docet, caelos non esse solidos, seu ex materiâ firmâ, & quasi durâ compactos, sed ex fluidâ ac molli, hoc est, facile corporibus obviis cedente, instar aeris nostri, qui rebus omnibus est pervius, ilque non nisi parum admodum resistit. Astra proinde in caelis moveri asserit hæc sententia sicut aves in ære, vel in aquâ pisces, & sphaeras caelestes iis, in quamcunque partem feruntur, cedere, & locum astris transcurrentibus relinquare, deinde fissas illas partes denovo instar aeris aut aquæ coalescere.

Hujus opinionis fuerunt plerique ex antiquis Philosophis: eandem tenuisse fecit Plato in Timæo, & multi ex Astronomis recentioribus cum Tychone Brahe eam sunt amplexi ob novas quasdam tum stellarum, tum cometarum apparitiones, ex quibus hanc de caelorum liquiditate sententiam convinci opinantur. Ejusdem etiam sententiæ fuisse videntur multi ex antiquis Patribus, ut S. Gregor. Nyssenus in Hexam. Justinus Martyr. ad q. 39. Orthod. S. Basil. Hom. 1. Hexam. c. 6. Euseb. Emisse. in caten. c. 1. S. Ambros. l. 1. Hexam. c. 6. Lactan. l. 3. de falsa Sapientia. cap. 24. & alij, quos videre licet apud Tann. 1. p. d. 6. q. 3. dub. 3. ubi rem hanc fusè & eruditè tract. Idem olim docuit Seneca lib. 7. nat. quæst. & alij. Quam etiam sententiam probabiliorẽ cen-

Conformis
est scriptura
caelos in fine
mundi de-
struuntur.

Quomodo
erunt caeli
novi.

XI.
Cælum à
nullo agente
sublunari
potest divi-
di.

I.
Non proce-
dit questio
de caelo Em-
pyreo.

II.
Prima sen-
tentia uni-
versim do-
cet caelos
omnes esse
fluidos.

III.
Astronomi
recentiores
plerumque
caelos affir-
mant esse li-
quidos.

set Arriaga hic l. 4. n. 53. & Oviedo d. un. de cœlo, p. 3. n. 25.

IV. Patres verò proximè citati licet expressè non dixerint cœlos esse fluidos, cum tamen dicant stellas moveri, non cœlum, manifestè ex iis colligi videtur cœlos non duos, sed ex materiâ molli ac liquida esse compactos: nisi vel dicatur stellas cum sphaeris cœlestibus penetrari, quod naturaliter fieri non potest, vel cum Arriaga hic l. 3. num. 17. astra non intra sphaeras sibi proprias, sed supra eas rotari: tunc autem vel intervallum maximum, & interapedo, ad latitudinem, scilicet singulorum astrorum relinqui intra sphaeras debet, ubi nullum planè sit corpus, vel statui illic maxima vis materiæ fluidæ, in quâ astra illa supra suos orbes rotentur.

V. Secunda sententia docet, stellas non errantes in suo cœlo solido fixas esse, erraticas verò, seu planetas, nullo solido corpore deferente vagari hinc inde, & inconstantem suum cursum in quodam veluti liquido corpore errabundè perficere. Ita loqui videtur S. Anselmus Cantuariensis l. 1. de Imag. mundi c. 24. Isidor. l. 3. Etymolog. c. 49. & alij. Hanc etiam sententiam acriter defendunt recentiores quidam Astronomi ob nova quædam phænomena, quæ infra octavam sphaeram observant, ac proinde nihil illius soliditatis officiant, sed sphaerarum tantum octavâ inferiorum, seu planetarum.

VI. Tertia sententia omnino affirmat non octavam tantum sphaeram, quæ sedes est stellarum non errantium, sed reliquas etiam omnes inferiores, quæ planetis, seu stellis erraticis deserviunt, firmas esse ac solidas, & ex materiâ densâ ac durâ compactas. Hæc est mens Aristotelis l. 2. de cœlo, t. 43. & multorum ex antiquis tum Astronomis tum Philosophis. Eandem etiam sententiam passim tenent Sancti Patres: ex quibus illi ipsi quos supra retuli tanquam faventes contrariæ opinioni, hanc multò clariùs & expressiùs tradunt. Cœlos ergo esse solidos docet imprimis S. Hieronymus in Epist. ad Ephes. l. 2. c. 3. S. Damasc. l. 2. Orthod. fidei c. 6. S. Basil. Hom. 3. Hexam. S. Ambros. l. 2. Hexam. ca. 2. S. Chrysost. in caten. lec. 4. Orig. Hom. 1. in Gen. S. Anselm. Cantuar. l. 1. de Imag. mundi. ca. 35. Cyrill. Hierosol. Catech. 9. & alij plurimi. Idem docet S. Thomas in 2. d. 14. & 1. p. q. 68. artic. 2. corp. & ad 2. Perierius l. 2. quæst. 9. Delrio in Genes. cap. 1. n. 36. Tann. 1. p. d. 6. q. 3. dub. 2. n. 51. & 66. estque communis Theologorum sententia.

VII. Dico primò: cœlum, quod est sedes stellarum non errantium seu firmamentum, est solidum: ita Patres, & auctores proximè pro tertiâ sententiâ citati, & peculiariter S. Thomas citatus, ar. illo 2. corp. Hanc conclusionem P. Tannerus citatus ait sine temeritate negari vix posse.

VIII. Probatur primò ex illo Job. 37. v. 18. Tu forsan cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi are fusi sunt. Ubi & ex verbis ipsis, & contextu, Patrumque & interpretum communi consensu, sermo est de cœlis ipsis sideris, qui hic instar æris solidi esse dicuntur.

IX. Respondet P. Arriaga hic l. 3. n. 38. nihil hoc loco de soliditate cœli contineri, sed solum significari cœlos esse firmos, stabiles, & incorruptibiles, non tamen solidos, ac duos. Eodem facere modo respondet P. Oviedo hic p. 3. n. 6. nempe, non comparari cœlum cum ære, quia est solidum, sed quia constans, & diu perseverans. Sed contrâ: vel ipsa Scripturæ Verba has solutiones refellunt, cœlos qui solidissimi quasi are fusi sunt. Quibus verbis potuisset Scriptura clariùs, cœlorum soliditatem exprimere: Si cœlorum incorruptibilitatem hic declarare voluisset Scriptura, aliis haud dubiè fuisset verbis usa, dixisset scilicet,

eos esse stabiles, & permanentes instar æris, non solidos, hæc enim vox non incorruptibilitatem sonat, sed duritiem, ut est manifestum. Unde, hæc solutio habere locum non potest, nisi verba Scripturæ ad improprios sensus maximè detorquendo.

Probatur secundò ex illo Psalmi 32. v. 6. Verbo Domini cœli firmati sunt: & Psal. 101. v. 3. Extendens cœlum sicut pellem: quæ sine dubio rem solidam potius, quam liquidam denotant, ut bene notat Tann. citatus, apud quem plura videri poterunt: hæc instituto nostro sufficiunt, & meo iudicio convincunt Scripturæ sententiæ cœlos astruendi solidos multò magis favere, quàm eosdem statuenti liquidos.

Dico secundò: probabilius mihi videtur idem de alijs etiam cœlis, stellato inferioribus, seu planetarum sphaeris esse dicendum, eas nimirum omnes esse solidas. Hæc etiam videtur mens sanctorum Patrum, qui dum cœlos solidos esse affirmant, indiscriminatamente de omnibus sideris loquuntur. Locus etiam ille Job proximè citatus, ubi cœli dicuntur solidissimi, non de uno tantum cœlo stellarum fixarum intelligendus videtur, sed etiam de alijs, cum de pluribus loquatur.

SECTIO IV.

Argumenta contententia, cœlos non solidos esse, sed fluidos.

P. Arriaga, reliquis argumentis pro cœli liquiditate tanquam inefficacibus rejectis, hoc velut cæteris omnibus ad isthuc probandum efficacius proponit d. un. de cœlo, l. 4. n. 53. In cœlo septimo, inquit, magnitudo est prope infinita, & respectu cuius, Saturnus illi affixus est veluti unicum solummodo punctum: videtur ergo parum Divinæ sapientiæ consonum, ut ad movendum tantillum, ut ita dicam, sidus (respectivè scilicet ad cœlum) totam illam molem sphaeræ septimæ moveat, sed præstat dicere astrum solum in materiâ illâ fluidâ ab intelligentiâ moveri, ingens enim illa materiæ solidæ machina ad sideris illius motum planè videtur superflua.

Sed contrâ, quoad superfluitatem enim tantæ sphaeræ, seu machinæ ad motum illius stellæ, eadem videtur mihi difficultas in utraq; sententiâ, sive scilicet cœli ponantur solidi, sive fluidi: si enim parum deceat sapientiam Divinam tantam molem materiæ solidæ parare, ut sidus, respectivè tam exiguum, per illius motum moveatur, parum certè eandem decebit tantum materiæ fluidæ parare, ut sidus respectivè tam parvum in eo moveatur: ad quid enim tantum mare unico pisciculus? millies sanè plus est, quàm tantum mare si totum oceanum crearet, ut exiguus aliquis in eo piscis nateret, aut totum hunc ærem, ut una in eo avicula, aut musca voliret. En quoad hoc quod arguitur dedecere sapientiam Divinam, per planè est difficultas in utraq; sententiâ.

Jam verò ostendo non dedecere, sed maximè commendare sapientiam Divinam, ut sphaeræ omnes cælestes sint solidæ. Pro quo notandum, tria maximè attributa Dei attributa in cœlorum fabricâ elucere, potentiam, gloriam, & sapientiam: potentia refulcet in magnitudine cœlorum: gloria in luce eorum, & pulchritudine: tandem sapientia refulcet in machinæ illius cælestis artificio, quod innuit illud Ps. 8. v. 4. Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum, quod interpretes explicant de cœlorum artificio, sicut & illud Ps. 135. v. 5. qui fecit cœlos in intellectu.

Quòd autem in cœlorum fabricâ magis eluceat sapientia Dei, si sphaeræ omnes sint solidæ, quàm si sint fluidæ, sic ostendo. In illâ machinâ magis elucet peritia

Magis in
machina
caelestis reli-
et sapientia
i. et, si caeli
sint solidi,
quae si sint
fluidi.

Si caeli sint
fluidi, nihil
habemus
certi ex vi
machinae ca-
lestis.

Si orbes sint
solidi, longe
clarior cer-
tetur peritia
opificis.

Obi. aucto-
ritas Scri-
pturae. Et
Patrum pro
fluiditate.

Satis hinc
auctoritatem
Scripturae. Et
Patrum.

Scriptura
insinuat
videri stel-
las aliquid
in se habere
gravitatis.

peritia & sapientia artificis, quae aptior est ad finem ab artifice intentum certius & constantius assequendum, & cum minore errandi periculo: sed si caeli sint solidi, aptior est machina caelestis ad finem a Deo illius artifice intentum certius, constantius, & cum minore errandi periculo assequendum, nempe ad eandem astrorum circulationes singulis annis repetendas, ad eandem planetarum occursum & recursus, eandem diei & noctis, hyemis & aestatis, aliorumque anni temporum constantem varietatem, ac vicissitudinem, & alia huiusmodi, ergo. Probo hanc minorem, & sumamus ex. g. sphaeram solis, si haec sphaera sit fluida, cum sit multo major sole, posset sol, quantum est ex vi machinae, aequè esse in supremo, aut infimo circulo suae sphaerae, atque in medio, imò uno die, aut anno esse potest in una parte suae sphaerae, in alio in alia, sicque nihil haberemus certi, sed omnia plena forent confusione. Dixi, ex vi machinae, quod enim curâ & peritiâ Angeli moventis, ordo & constantia servaretur, non machinae praestantia tribuendum est, sed motoris.

V. Si verò caelestes sphaerae firmæ sint, ac solidæ, sol in certâ parte suae sphaerae fixus eundem semper tenorem servat, nec errandi periculo ita exponitur ejus motor. Unde si is, qui solis sphaeram movet, haberet tantum virum, quantum Angelus qui ei de facto assistit, licet non haberet tantum sapientiae, & intelligentiae abundè tamen posset hoc munere fungi, nec ita exponeretur periculo errandi, sicut si caeli essent fluidi. Si ergo orbes caelestes sint fluidi, Intelligentiae motrices in machina illâ moderandâ possunt non errare: si sint solidi, non possunt errare, nisi sponte velint: ergo machina est multo praestantior, longèque magis episcopus sapientiam commendat. Sicut horologium illud multo plus in se haberet artificij, longèque magis commendaret peritiam artificis, quod sine tantâ curâ & vigilantia horas omnes diei & noctis demonstraret, & cujus index suâ quasi sponte cum sole semper servaret proportionem.

VI. Obijcies secundò: Scripturam astris, non cœlo motum assignare. Tertiò Patres quidam stellas, non cœlum moveri asserunt. Quartò, si cœlum sit solidum est durum, ac densum: omne autem densum est grave, ergo cœli essent ponderosi, sicque grave nobis impenderet periculum, quorum capitibus tanta, tamque ponderosa moles assidue incumbit.

VII. Ad secundum dico, idè Scripturam stellis motum assignare, non cœlo, quia motus in iis apparet, non tamen negat motum cœlis. Ad tertium respondeo, aliquos quidem ex sanctis Patribus sensisse cœlos esse fluidos, multo tamen plures opinantur contrarium, ut supra vidimus.

VIII. Quantum argumentum urget etiam illos, qui cœlos statuunt fluidos. Licet enim densa ac solida plerumque sint graviora, fluida tamen suam etiam habent gravitatem, ut constat in aquâ, & similibus: ergo cœli, ex eo quod fluidi sint, non eximuntur ab omni gravitate. Re tamen verâ, nec una sententia, nec altera urgetur hoc argumento: dici enim posset cœlum, sive solidum sit, sive fluidum, alterius esse conditionis, ac temperamenti à rebus sublunariis, sicque nec grave esse, nec leve.

IX. Addo tamen, Scripturam potius insinuare, stellas habere in se gravitatem, ut ex illo Matth. 24. v. 29 ostendi videtur, stella cadent de cœlo: dum enim dicuntur casuræ, non deiciendæ, signum est eas, fracto jam cœlo, in terram suâ pondere ruituras. Hinc autem probatur cœlos de facto non esse fluidos, si enim sint fluidi, vel dici debet esse eos astris in iis contentis ponderosiores, & tunc, nisi miraculosè detineantur, defluent, & depluent in terram: vel si fluidi sint, &

leviores astris, astra, nisi miraculosè similiter detineantur, (sicut lapis miraculosè detingeretur penilis in aère) cadent de facto, & terram obruerunt. Quod, si caeli sint solidi instar æris, ut ex Scripturâ jam vidimus esse, non contingeret: nam si de facto ex ære conficerentur, non caderent.

Obijciuntur quintò varia phaenomena, quæ astronomi recentiores, maxime Tycho Brahe, sedulus astrorum inspector, observavit, quæ cum cœli soliditate, & incorruptibilitate non videntur posse consistere. Primò itaque cometæ varij, aliæque stellæ sæpius ab astronomis conspectæ sunt, quas Lupâ altiores fuisse constanter affirmant astronomi, quæ cum ad tempus appareant, & postmodum dispareant, signum est stellas illas esse corruptibiles. Secundò, maculae quadam solares in dies deprehenduntur, quæ similiter post tempus aliquod disparent. Tertiò, Mercurius & Venus nunc infra, nunc supra solem conspiciuntur, quod manifestè ostendere videtur cœlum esse liquidum.

Ad hæc omnia responderi inprimis posset: sicut observationes Mathematicæ universim non sunt rejiciendæ, ita nec fidem semper astronomis in hisce experimentis esse habendam, cum astronomi ipsi inter se summopere hac in parte dissident, & unus alterius experientias ut falsas, & supposititias rejiciat. Unde P. Clavius, vir siquis alius in rebus astronomiis versatus, ait Tychonis (qui tamen præ reliquis excelluisse hac in re videtur) experientias sibi esse suspectas. Quare P. Tannerus, qui loco supra citato hæc omnia iustissime discutit, asserit astronomis frequenter hac in parte fidem merito derogari.

Ego, licet tantum astronomiæ, quantum nobilissimæ scientiæ tribuendum censeam: ubi tamen locus aliquis scripturæ proferatur, qui, etsi non omnino clarè, satis tamen probabiliter contrarium indicat illi quod astronomi suis se experientias comperisse affirmant (ut pro soliditate cœlorum sect. præcedente præferri vidimus) præsertim si in eandem rem accedat auctoritas, & explicatio Patrum, existimo de experimentorum illorum certitudine merito dubitari posse, nec tanti esse illas experientias, quin rejici possint, & debeant ut incertæ, opinionique, quæ Scripturæ conformior est, sit adhaerendum.

Ut verò ad ea, quæ opponebantur, respondeam: ad postremum de stellis Mercurij & Veneris, quæ modò infra, modò supra solem ab astrorum observationibus sunt conspectæ, dico, si experientia illæ sint veræ, Mercurium & Venerem non habere sphaeras sibi proprias infra solem, ut communiter hæcenus opinati sunt astronomi, sed in ipsâ sphaerâ solis habere epicyclos, seu circulos quosdam circa solem, & respectu quorum Sol est quasi centrum. Dum ergo Sol, & una cum eo duo hi planetae motu raptus feruntur ab Oriente ad Occidentem, Mercurius & Venus peculiari motu, sibi quæ proprio in his circulis, seu epicyclis moventur eodem tempore à Septentrione ad Meridiem, & circumveunt Solem, vel duobus motibus diversis, ut volunt astronomi, vel uno mixto, seu modificato, ut passim asserunt Philosophi, ut vidimus in Phyl. 46. f. 5.

Ad id de maculis solaribus, existimo provenire ex stellis quibusdam exiguis, aut partibus cœli opacis, in sphaeris Sole inferioribus, quæ licet ob parvitatem à nobis non cernantur, inter solem tamen & nos interpositæ, exiguum illius partem tegunt, sicque beneficio tubi optici discernuntur.

Ad id verò de cometis, vel stellis supra Lunam aut etiam in Firmamento subinde apparentibus, & rursum disparentibus, dixi se. præcedente, si experientia illæ sint veræ, nova illa, & mira phaenomena ascribenda esse miraculis, quæ Deus ob fines sibi

X.
Ex Phaenomenis probatū autem quod cœlos esse fluidos.

Secundo ex maculis solaribus.

XI.
Observationes Astronomi non respiciendæ omnes, nec omnes admodum.

P. Clavius Tychonis Brahe observationes dicebat sibi esse suspectas.

XII.
Indicium de certitudine observationum astronomi.

XIII.
Mercurius & Venus Epicyclos habere debent in sphaerâ solis, quibus sol est centrum.

XIV.
Quid sint maculae solares.

XV.
Multa phaenomena, teste S. Augustino, ascribi debent miraculo.

notos

notos identidem operatur : ut nimirum terrorem hominum mentibus incutiat , & à peccando hujusmodi portentis deterreat , utque tacitè illà cæli voce moniti ad meliorem se frugem recipiant . Quo modo respondet S. Augustinus l. 21. de civitat. Dei

c. 8. de phænomenis quibusdam , quæ asserit turbasse canones astrologorum , Quando tamen , inquit , ille voluit , qui summo cuncta regit imperio , ac potestate , ordinatissimus etiam cursus siderum , ratis fixisque legibus firmatus immutatur . Hæc ille .

DISPUTATIO II.

De Physica calorum consideratione.

SECTIO PRIMA.

Utrum materia cali sit ejusdem speciei cum sublunari.

I.
Sicut quæ
Hinc.

Questio hæc supponit cælum non esse corpus simplex , sed componi ex materiâ & formâ , in illâ enim sententiâ locum , non habet . Utrum verò sit corpus simplex , necne , dicetur disp. sequente , sec. 3.

II.
Dicitur ali-
qui mater-
iam cale-
stem ejusdem
speciei cum
sublunari.

P. Mol. 1. p. tr. de Opère 6. dierum , relicta sententiâ , quam docuerat in Physicis , affirmat ob aliqua loca sacre Scripturæ , materiam cælestem ejusdem esse speciei cum sublunari . Quem sequitur P. Hurt. d. 1. de cælo , l. 2. ante quos sententiam illam docuit S. Bonaventura in 2. d. 12. ar. 2. q. Scotus in 2. dist. 14. quæst. 2. Abulen. in cap. 1. Gen. & alij ; estque valde communis inter recentiores opinio : quam etiam opinionem amplectitur Oviedo d. un. de cælo , p. 2. num. 12.

III.
Fundamentum
hujus
sententiæ est
auctoritas
Scripturæ.

Præcipuus ad hoc probandum Scripturæ locus est , quia dum ea enumerantur quæ primo die condita fuerunt , tantum fit mentio cæli (per quod Empyreum intelligit) terræ & abyssi , per abyssum verò intelliguntur aquæ : unde totum intervallum inter cælum Empyreum & terram repletum fuit aquis . Deinde dicitur spiritum Domini latum esse super aquas , & fecisse firmamentum , quo divisit aquas ab aquis , per hoc verò firmamentum intelligitur , inquit , cælum stellatum , & orbes omnes inferiores unde ex aquâ factum videtur hoc firmamentum , ac proinde materia quæ prius erat sub formâ aquæ , postea fuit sub formâ cæli , seu firmamenti : non enim videtur dicendum , Deum aliquid eorum annihilasse quæ primò condidit . Quare , quod objici posset , Aristotelem contrarium sensisse , responderetur , cum fundamentum hoc deducatur ex sacra Scripturâ , quam Aristoteles non novit , non multum hæc in parte esse de illius auctoritate laborandum .

Adnot. non
laborandum
hæc in re de
auctoritate
Aristotelis.

IV.
In prædicto
argumento
multa in-
volvuntur
incerta.

Multa hic involvuntur incerta : primò enim incertum est per cælum intelligi solum Empyreum , & per terram solum elementum terræ , sic enim nunquam creatus fuisset aër , aut ignis . Deinde , per firmamentum hoc loco aliud intelligunt sancti August. & Hieronymus nempe infimam aëris regionem , quæ dividit aquas pluviales ab inferioribus , ideoque vocatur firmamentum , licet sit etiam corpus fluidum , quia scilicet statuta ea pars aëris quasi terminus perpetuò dividens has aquas ab illis . Unde per cælum intelligunt hi sancti , non cælum Empyreum tantum , sed universum omnes orbes cælestes . Quam etiam expositionem amplectitur Rupertus 1. de Trinit. cap. 12. & Pereiral. 2. in Genes. in opere 2. diei . Deinde , non est certum , Deum nihil annihilasse eorum quæ primò creavit , sicut enim dicunt hi auctores ipsum destruxisse formam aquæ , quidni etiam destruxerit materiam ?

De cælum
Gen. 1. intro-
ducunt multi
omnes orbes
cælestes.

Cum ergo non repugnet materiâ quæ respiciat solas formas incorruptibiles , nullam video urgentem rationem cur dicatur materiâ cæli (dato quod in cælo sit materiâ) esse ejusdem speciei cum sublunari : ita Aristoteles l. 1. de cælo , cap. 2. dicens cælum non esse ex materiâ seu naturâ elementari , sed quintæ cujusdam essentia . Albert. in 2. d. 14. q. 2. Cajet. 1. p. q. 66. ar. 2. Ferra. l. 3. con. Gen. c. 20. Capreol. in 2. d. 12. qu. Un. conc. 2. Perer. l. 1. in Gen. Valen. 1. p. d. 5. q. 2. p. 1. §. Et hæc sententia . Murcia l. 1. de cælo , d. 2. q. 4. Idem tenent ut probabile Conimbl. l. 1. de cælo , c. 2. q. 6. Expresse tenet Tannerus 1. p. d. 6. q. 2. d. 4. nu. 24. pro eadem sententiâ citans S. Dionysium l. 4. de Div. nomin. c. 4. S. Basil. Hom. 1. in Gen. Idem tenet S. Thomas 1. p. q. 66. ar. 2. & in 2. d. 14. Addit Tannerus numer. 36. hanc opinionem esse Scripturæ admodum conformem .

V.
Differunt
specie mater-
ia cælestis
& subluna-
ris.

Cælum
quinta es-
sentia.

Ratio est , cum enim potentia illa in materiâ cæli ad formas corruptibiles nunquam reducenda sit ad actum , imò naturaliter reduci non possit , videtur omnino superflua . Conf. si videremus potentiam activam quæ nunquam posset exercere tales specie actus , optimè colligeremus non esse potentiam ad ejusmodi actus : sique in sensibus distinguimus eos specie ex diversis specie operationibus , nec ullum est fundamentum dicendi in talpâ esse potentiam visivam . Simili ergo ratione philosophari licebit de potentia passivâ .

VI.
Ratio est
quia poten-
tia in mate-
riâ cæli ad
formas cor-
ruptibiles esset
superflua.

Nec obstat quod ait P. Hurt. hominem ex semortalem , reddi immortalem per dotem corporis gloriosi , & actum liberum amandi Deum impediri per visionem beatam , sicut etiam impeditur peccatum per eandem visionem : hæc enim sunt supernaturaliter , sicut si Deus decrevisset nunquam destruere formam aliquam . At in materiâ cæli contingeret omnino naturaliter , & materiâ illa ex intrinsecis principiis peteret aliquid (nempe varias formas) quod habere naturaliter nunquam potest . Videtur ergo potius dicendum esse eas diversæ speciei , cum materiâ cælestis , & sublunaris ad diversas specie formas , quantum experientiâ conjicere licet , dicere ordinem videatur .

VII.
Aliud est
quod super-
fluitatem in
rebus natu-
ralibus , &
supernatu-
ralibus.

De materiis etiam diversorum cælorum idem judicium esto : maximè si formæ quas respiciunt , sint specie diversæ , ut probabile est de formis planetarum . Et sicut auctores jam relati dicunt materiam cæli Empyrei distingui specie à materiâ sublunari , quidni idem asserant de materiâ aliorum cælorum ? Nec est cur huic rei planè incertæ amplius immoremur .

VIII.
Sphæra sin-
gula cælestes
materias ha-
bent specie
diversas.

Hinc infero primò , singulas partes materiæ cælestis esse heterogeneas , cum nulla recipere possit formam alterius . Sicut enim incapacitas ad recipiendam formam specie distinctam arguit distinctionem specificam completam ; ita incapacitas ad recipiendam aliam formam numero arguit distinctionem specificam incompletam , seu heterogeneitatem quandam , ejus similem , quam omnes statuunt in ubicatione divisibili , cujus singulæ partes sunt sibi dissi-

IX.
Singula par-
tes materia
cælestis sunt
heterogeneæ.

indes.

miles, utpote respicientes diversam partem spatij imaginarij.

X. Infero secundò, falso niti fundamento recentiorum quendam, dum ait, non solum materias, quæ de facto sunt sub formis cæloium, non distingui specie, vel inter se, vel à sublanari, sed nec possibiles esse duas materias specie distinctas, quia, inquit, *essentia materiae, & corporis in eo solo consistit, quod sit extensa*. Sed quicquid sit de conclusione, utram scilicet sint possibiles materiae specie distinctæ (de quo non satis convenit inter Philosophos, ut vidimus in Physicis, d. 10. l. 4.) ostendam ubi de naturâ corporis disputabitur, rationem ejus esse aperte falsam, nec posse ullo modo sustineri rationem corporis in eo sitam esse, quod sit *res extensa in longum, latum, & profundum*. Pro præsentī, cum nullam hujus sui essentia rationem afferat, eadem facilitate rejicitur quâ profertur.

SECTIO II.

An quantitas cali specie distinguatur à sublanari.

I. Si materia cæli non distinguatur specie à sublanari, non est cur quantitas utriusque non sit eadem etiam speciei. Difficultas est si distinguantur materiae specie: quâ in re aliqui ut indubitatum asserunt, si materiae distinguantur specie, distingui etiam debere eodem modo quantitates, cum essentias diversas specie sequantur necessariò proprietates similes specie diversæ, quantitas autem est passio & proprietas materiae, ergo.

II. At primò, hoc non videtur universim verum, nam essentias specie distinctas sequuntur subinde passiones numero solo distinctæ: sic albedo nivis, lactis, & cygni non distinguitur specie, esto essentia specie distinguantur, & tamen singulorum proprietates est albedo. Sic lux in sole, stellis, cælo, & igne, calor in igne & aëre, gravitas in auro, argento, & cæteris metallis, & alia hujusmodi specie non differunt. Imò multi recentiores cum Fonseca asserunt potentiam visivam equi, leonis, hominis, & omnium animalium, esse specie eandem. Solum ergo est verum illud de proprietate, quæ est propria quarto modo: nec valet universim hæc consequentia, sunt essentia specie distinctæ, ergo & omnes proprietates.

III. Dices, omnis essentia specie ab aliâ distincta debet habere aliquam hujusmodi proprietatem sibi propriam, & quæ nulli alteri conveniat, ergo & materia specie distincta aliquam proprietatem specie distinctam, sed non est alia quàm quantitas, ergo. Contrâ, fortè antecedens est falsum: qui enim negant potentias distingui, quam proprietatem dant Angelo distinctam ab essentia? si autem recurrant ad occultam quandam proprietatem, primò cui finis ab Angelo tribuitur? Secundò, dicant idem de materia primâ. Tertiò, licet Angelo concederetur, negari tamen posset materiae, proprietates enim, & passiones sunt ad aliquid agendum, cum ergo materia nihil debeat agere, est aliquid peculiare cur non sit necessarium ut habeat passiones & proprietates sibi peculiare. Tandem, si necessariò aliqua sit peculiaris proprietas assignanda, assignari poterit subsistentia, tam Angelis, quàm materiae: illa enim, cum juxta probabilem sententiam sit modus, dici poterit differre specie pro diversitate subjectorum.

IV. Cum ergo quantitas eodem modo reddat utramque materiam habentem partes extra partes, & impenetrabilem radicaliter, videtur satis probabile eam utrobique esse ejusdem speciei. Dices, idè illa mate-

ria esset diversæ speciei, quia ordinaretur ad formas substantiales specie diversæ, easque incorruptibiliter reciperet, sed non minùs quantitas reciperet formas accidentales diversæ speciei, idque omnino incorruptibiliter, ergo par est utriusque ratio. Certè si dicatur accidentia recipi in quantitate, videtur habere vim argumentum: sed ut in Physicis d. 15. sect. 2. n. 13. ostendi, probabilius videtur ea subjectari in solâ materia.

Dices secundò, quantitas in materia cæli est indivisibilis, in materia sublanari divisibilis, ergo distinguitur specie ab illâ. Sed contrâ primò, nam si materiae distinguantur specie, siue non, quantitas cæli est indivisibilis, cum materia cæli, ut dixi d. præcedente, sect. 2. n. 11. à nullo agente, saltem sublanari, dividi possit: ergo ipsi adversarij solvere debent hoc argumentum. Contrâ secundò, potest enim per accidens quantitati provenire quod dividi non possit, nempe ex conjunctione cum materia indivisibili: sicut lux solis est hoc modo indivisibilis, & tamen juxta sententiam contrariarum auctores, non distinguitur specie à luce receptâ in aëre. Quod autem sola hujusmodi indivisibilitas non arguat distinctionem specificam, videtur clarum, nam quantitas minimi naturalis à nullo agente creato dividi potest, & tamen nullus dicit distingui specie ab aliâ quantitate.

Existimo ergo nullum ex argumentis hic allatis convincere quantitatem materiae cælestis distingui specie à quantitate sublanari. Conformius tamen est doctrinæ sect. præcedente traditæ asserere eam specie distingui ob argumentum ibidem n. 6. positum: idè nimirum materiam cæli non habere potentiam ad alias formas, quia potentia illa nunquam potest naturaliter reduci ad actum: ergo nec in quantitate cæli est potentia informativa alterius materiae, cum naturaliter ad actum reduci nunquam possit: æquè enim urget argumentum in potentia informativâ, ac in subjectivâ.

SECTIO III.

De luce calorum, & aliis quibusdam ad eorum notitiam spectantibus.

Cælum supremum maximâ perfundi luce certum est: qua de causâ vocatur Empyreum, seu igneum, nempe ob lucem ignis quam imitatur, non calorem. Quomodo verò contingat, quod à nobis non cernatur lux illa, nec intensam etiam lucem in aliis cælis, imò & in terrâ producat: dicunt aliqui id evenire ob raritatem illius cæli, sicut jam ignis in suâ sphaerâ non cernitur ob illius ibidem raritatem. Sed contrâ, tunc enim nec Sancti in cælo lucis illius conspectu multum recreantur, ob raritatem enim, intensam sui speciem in eorum oculis non produceret. Alij volunt Deum subtrahere concursum. Sed non est recurrendum ad miracula, ubi naturalis ratio assignari potest. Ratio ergo hæc communiter assignatur, obduci scilicet ex parte concavâ cælum Empyreum quadam quasi cortinâ ex materia crassâ, & opacâ, ne cernatur lux illa & cælum à mortalibus hic in mundo adhuc degentibus, sicut olim sancta sanctorum velo quodam obtegebatur apud Judæos. Hoc verò cælum lucem suam à sole non accipere, ut aliqui contendunt, luce clarius videtur.

Quæres utrùm dæmones, & animæ damnatæ lucem illam cæli Empyreici videant. Ratio dubitandi est, quia cum nec sit secretum aliquod cordis, nec quid supernaturale, non videtur ejus visio illis deneganda.

X.
Rem DES-
CARTES
par. 2. Phil.
osop. 2.2.

Dicunt alii
qui si mate-
ria distin-
guantur spe-
cie debere si-
militer
quantitates
specie distin-
gui.

Essentias di-
versas so-
quantur
subinde pro-
prietates nu-
mero tan-
tum distin-
da.

N non omni-
bus essentis
specie distin-
ctis assignan-
da semper
proprietates
specie distin-
cto.

Probabile est
quod anima
in materia

V.
Quantitas
cali non est
per se, sed per
accidens ma-
teriam.

VI.
Probabilius
tamen videtur
quod
specie distin-
cti à sublanari.

I.
Cælum su-
preum est
dictum Em-
pyreum.

Cur sit
a totum ca-
lorum, ut
cælum Em-
pyrei
lux à nobis
non cernatur.

II.

Damones & anime damnatae celi Empyreus lucem non vident.
 Ganda: Angelis enim intuitiva visio debetur rerum existentium. Resp. tamen, demones, & animas illas infelices lucem celi Empyreus intuitivè non conspiciere: licet enim non sit in entitate supernaturalis, cum tamen sit quid ad ordinem supernaturalem peculiaritè spectans, utpote ornamentum speciale sedis beatorum, in quantum beati seu comprehensorum sunt illius visio demonibus, & animabus illis infelicibus non debetur. Sicut, licet negatio gratiæ habitualis non sit supernaturalis, quia tamen peculiarem habet cum re supernaturali connexionem, nempe cum gratiâ, ejus visio demoni non debetur.

III. *Caeli Empyreus extimam partem videt damonem.*
 Quod verò opponere quis posset, ideo ipsis aspectum illius lucis perimitti, ut major inde eis pœna accrescat: Dico ad hoc sufficere, quòd extimam celi Empyreus partem conspiciant, scientque maximam lucem, aliâque ad felicissimum statum beatorum inibi contineri, licet lucem illam non videant. Sicut primis parentibus è paradiso expulsis exterioribus illius partis aspectus maximum dolorem haud dubiò excitabat; licet internas illius delicias non conspicerent.

IV. *Nec Luna, nec illa omnia stella totam suam lucem accipit à sole.*
 Nec Luna, aut alij planetæ, nec stellæ etiam fixæ omnem lucem suam accipiunt à sole. Probatur hoc primò experientia: nam Luna, etiam dum patitur eclipsum, rubet aliquantulum, idque secundum omnes partes æqualiter, præterquam in maculis, ergo signum est habere eam aliquid luminis nativè. Nec contra hoc arguitur, quòd in novilunio Luna non appareat: nam tunc etiam videtur confuso quodam modo, licet non distinguatur ab aliis partibus celi.

Luna in novilunio videtur confusa.
 Imò si nihil haberet lucis, magis deberet disceri in novilunio, cum appareret instar nigre cujusdam maculæ: sicut in ipsâ Lunâ propter eam apparent maculæ, quia minus in se lucis habent, quàm cæteræ ejus partes: si verò nullam omnino haberent lucem, magis adhuc apparerent, & clariùs discernerentur ob contradiinctionem ab aliis partibus. Sed de maculâ Lunæ latè Conimb. l. 2. de cælo, q. 4. ar. 3. qui eam reducant in raritatem illarum partium: licet alij cum Alberto dicant, potius esse partes lunæ, densiores, & consequenter minus capaces lucis.

V. *Planetae soli propinquiores magis illuminantur.*
 Aliquid verò, imò maximam lucis partem recipere astra à Sole, probatur manifestè ex eclipsi Lunæ, & ex eo etiam quòd Planetæ propinquiores Soli magis illuminentur, & vehementius quasi accendantur, ut manifestè constat in Marte & Venere: & propterea fortè in medio planetarum situs est Sol, tanquam cœli fax, ut lucem suam omnibus faciliùs communicet.

VI. *Cur Venus & Mercurius per Eclipsum non intercipient Solem.*
 Dices; ergo Venus & Mercurius poterunt per eclipsum intercipere solem, sicut intercipit Luna. Negatur tamen consequentia: licet enim interponi possit Venus inter Solem & nos, cum tamen diameter visualis solis, juxta Astronomos communiter, centies excedat diametrum visuale Veneris, non poterit Venus occultare nisi centesimam Solis partem, centesima autè pars habetur pro nihilo. Quod à fortiori constat in Mercurio, cujus diameter visualis multò minor est diametro visuali Veneris. Nec etiam sequitur, planetas superiores posse eclipsari interventu terræ: cum enim Sol sit centies sexagesies sexies major terrâ, non pertingit umbra terræ à sole projecta usque ad planetas supra solem. Venus autem, & Mercurius ideo non eclipsantur, saltem ex toto, quia ut docent Astrologi, nunquam ex diametro ita Soli opponuntur, ut nisi ex parvâ aliquâ parte eclipsum patiantur. Licet in Venere adverterint aliqui nuper easdem penè vicissitudines quoad augmentum, & defectum lucis, an in Lunâ.

VII. *In Venere eadem rationes, quæ in Luna.*
 Ad hæc autem meliùs intelligenda notandum ex perspectivis, corpus opacum oppositum luminoso, si

æqualis sit cum eo magnitudinis, jacere umbram per modum cylindri in infinitum. Si verò corpus opacum sit majus luminoso, projicit similiter umbram in infinitum, sed ita, ut quòd longius procedit umbra, aut minus eò si major. Si demum corpus opacum sit minus luminoso, projicit umbram per modum conij, vel pyramidis, ita ut intra certam distantiam desinat umbra in punctum, & nulla omnino ulterius umbra à luminoso illo jaciatur.

VIII. *Cur in omni plenilunio non sit Eclipsis solis.*
 Dices; saltem sequi Lunam debere pati Eclipsim in omni plenilunio: quòd tamen esse falsum quotidiana docet experientia. Resp. negando consequentiam, nec enim in omni plenilunio est Luna in lineâ Eclipticâ, sed tunc solum quando luna est in capite aut caudâ Draconis, vel prope, ita ut quando Luna est in capite, sol sit in caudâ, aut è contrâ, tunc enim si à centro solis ad centrum lunæ ducatur linea recta, transibit per terram. Ut autem Eclipsis sit totalis, debet linea illa duci per centrum terræ, & prope centrum ut sit partialis, alioqui luna non erit intra umbram terræ. Nec etiam in omni novilunio est ecliphis solis, sed tunc solum quando sol & luna sunt in eodem signo, ita ut duci possit linea à centro solis ad oculum, quæ transeat per centrum, vel prope centrum lunæ: tunc enim luna rectè interponitur inter oculum & solem.

IX. *Eclipsis Lunæ totalis, est generalis respectu totius mundi.*
 Hinc inferitur, eclipsum lunæ, præsertim si totalis sit, esse generalem respectu omnium partium mundi, quia est verus in eâ defectus lucis, ac proinde in nulla mundi parte lux in eâ cerni potest, cum nullam habeat præter exiguam nativam. At verò ecliphis solis non est omni mundi climati generalis, cum multæ ejus partes non occultentur à lunâ. Unde, miraculosa fuit solis ecliphis, quæ contigit in morte Christi: tum quia universalis solis defectio, ut constat ex historiis, etiam Gentilium, quas referunt Conimb. l. 2. q. 2. ar. 4. tum quia non fuit eo die conjunctio solis & lunæ secundum communem cûsum, fuit enim tunc plenilunium: tum demum quia duravit tribus horis à sexta scilicet usque ad nonam, cum tamen longè breviori tempore paragi soleat ecliphis: post tres autem horas celestimo motu restituta est luna in locum suum, oppositionem nimirum cum sole, unde prius ad hunc effectum fuerat abrepta.

X. *Lux cælorum, excipit pro Empyreis, non distinguuntur à sublunari.*
 Quæres, utrum lux cælorum specie distinguatur secundum diversitatem specificam astrorum, & orbium. Resp. videri non distingui specie, nec etiam à luce sublunari, solo excepto cælo Empyreis, cujus lux videtur altioris rationis à luce, & aliorum cælorum, & à sublunari.

XI. *Probatur lux cælorum specie non distinguatur à sublunari.*
 Quoad lucem autem aliorum cælorum, probatur eam specie non distingui: recipiunt quippe à sole lucem, sicut aër, & res omnes sublunares; ergo non est cur lux illa sit diversæ rationis à luce solis. Dices primò, secundum nos singuli celi & astra habent aliquid lucis ex se, ergo illa saltem erit diversæ speciei, secundum diversitatem substantiæ à quâ oritur. Negatur tamen consequentia: illa enim lux intenditur à luce solis, quòd tamen fieri non posset, si esset specie adæquatè distincta.

XII. *Ex apparente diversitate coloris non arguitur diversitas lucis.*
 Dices secundò; apparet alterius quasi rationis lux in stellis, ac veluti fulva. Contrâ, etiam in iride apparet lux diversæ rationis, & tamen non est, sed proprius ejusdem: hoc ergo solum provenit ex diversâ dispositione corporis in quo recipitur, secundum diversam temperiem densitatis, diaphanitatis, &c. Nec lux solis destruit lucem planetarum, aut stellarum firmamenti, quòd interdiu non appareant, sed hoc ex eo provenit, quòd majus sensibile, præsertim si valde magnus sit excessus, impedit minus. Unde si quis medio die descenderet in profundum puteum, quò lux solis non pertingeret, æquè clare,

re, ut aiunt, perciperet stellas, ac nocte.

SECTIO IV.

Utrum cælum influat in res sublunares.

I. *Caeli effectus varios in orbe sublunari producant.*
Circumfluxum cæli indubitatum videtur plurimos effectus ipsorum influxu causari in universo: primò enim per accessum & recessum solis fit temporum varietas, ac vicissitudo; crescunt paulatim ac maturescunt fruges, arbores, folia, flores, & fructus proferunt, & alia ejusmodi. Ex diverso etiam aliorum astrorum aspectu diversi effectus contingunt in mundo sublunari, ut tempestates in mari, in terrâ nunc ubertas, nunc sterilitas, pluvia, venti, serenitas &c. ac denique varij morbi. Unde Galenus l. 3. de diebus criticis, astrorum, præsertim verò lunæ aspectus in morborum curationibus à medicis observandos monet.

II. *Cælum est causa universalis respectu effectuum sublunarium.*
Quæritur ad quos in particulari effectus concurrant cæli & atra? universim affirmare videntur auctores cælum influere in omnes omnino effectus rerum sublunarium; & propterea illud vocant causam universalem; unde 1. Generat. tex. 55. vocat solem Aristoteles auctorem & parentem rerum sublunarium, & 2. physicor. tex. 26. sol & equus generant equum. Hoc etiam, ut in Phisicis dixi, probat sollicitudo quasi illa quæ res omnes contendunt ut evitent vacuum; ne scilicet interceptur influxus cælorum. Est autem Cælum causa principalis respectu effectuum, qui sunt in ipso imperfectiores, instrumentalis respectu effectuum ipso perfectiorum.

III. *In actus spirituales cælum immediate non influat, nec*
Debere tamen aliquam adhibere limitationem videtur manifestum; nam in actus spirituales non potest influere cælum immediate, sed solum disponere, & immutare organum. Item in materiam primam non influat cælum, nec in ea quæ producuntur per

creationem. Deinde, ad emanationem proprietatum & passionum ab essentiâ congruentius videtur ut cælum non influat, cum petant passionem procedere à principio, in quo sunt, nisi sint ejusmodi passionem, & proprietates, quæ possint etiam produci ab extrinseco, ut calor, frigus, lux, &c. Hoc tamen non est aded certum de passionibus, ac de rebus spiritualibus, & aliis suprà allatis.

Unde aliquos effectus prædicere possunt probabiliter Astrologi, non solum tempestates, & diversam aeris temperiem, sed etiam morbos, & ægritudines, & alia hujusmodi. Licet autem cæli influant etiam in hominem, illius tamen libertatem non minuunt; sapiens enim dominabitur astris. Unde hanc sine temeritate non attingant Astrologi.

IV. *Quæres, utrum cælum Empyreum influat etiam in res sublunares?*
Hæc in re, dicunt nonnulli, cum cælum Empyreum sit ex naturâ suâ ordinatum ut sit sedes & receptaculum Beatorum, congruum videri, ut nihil habeat commune cum rebus sublunariis, aut reliquis cælis, qui ab auctore naturæ ordinantur, ut usibus mundi sublunaris deserviant; & consequenter aiunt, non influere illud in mundum hunc inferiorem, nec res in eo positas producere, aut conservare. S. Thomas 1. p. qu. 66. art. 3. ad 2. ait cælum Empyreum influere in cælum sibi proximū. Alij demum cælo etiam Empyreo influxum tribuunt in res sublunares. Nec refert, inquit, quod sit domicilium Beatorum, si enim curæ illius civis Angeli, mundi hujus sublunaris usibus deservire non dedignentur, non est quod refugiat quispiam in domicilio ipsi tribuere.

VI. *In diversas ergo cæli Empyreici partes heterogeneas refundi mihi posse videtur varietas effectuum,*
qui in diversis terræ partibus cernuntur. Quod eo commodius cælo Empyreo ascribi potest, quia illius partes semper sunt eodem loco fixæ.

DISPUTATIO III.

Utrum cælum componatur ex materia & forma.

Quod aliis Verbis proponi solet, utrum cælum sit corpus simplex. Quare, antequam hæc quæstio circa cælum resolvatur, inquirendum, utrum corpus simplex sit possibile.

SECTIO PRIMA.

Sitne possibile corpus completum simplex.

I. *Quid sit corpus completum simplex.*
Corpus completum simplex illud est, quod non constat materiâ & formâ, sicut Angelus propterea est spiritus completus simplex. Hoc ergo corpus ejusmodi esse debet, ut non constitatur ex diversis partibus essentialibus; essentialibus inquam, nam non est quæstio de partibus integrantibus, hæc enim nil impediunt simplicitatem corporis simplicis, ut hic illud sumimus. Corpus autem simplex incompletum dari certum est, nempe materiam primam, quæ non potest ulterius componi ex aliâ materia, vel formâ, sic enim & daretur processus in infinitum, & non esset apta constituere compositum substantiale.

II. *Prima sententia ait implicare hujusmodi corpus completum simplex, seu non constans ex materiâ & formâ: ita P. Hurt. d. 1. de cælo. f. 1. n. 8. Idem asserere videtur Ruvius l. 1. de cælo c. 2. q. 5. §. Ratione verò.*

Alij autem quos sect. 3. referam, licet cælum de facto plex incompletum, asserant non esse corpus simplex, hujusmodi tamen corpus implicare non dicunt.

III. *Secunda verò sententia affirmat corpus completum simplex, seu non constans materiâ & formâ, non implicare: ita S. Thomas in 2. d. 12. q. 1. art. 1. ad 5. dum cælos ibidē materiæ expertes statuit, aitque esse eos entia completa, nec nisi analogicè vocari posse materiam. Et licet 1. p. q. 66. art. 2. dicat cælum componi ex materiâ & formâ, & quoad hoc revocet priorē sententiam, non tamen negat hujusmodi corpus simplex esse possibile. Idem tenet Scotus in 2. d. 14. q. 1. Durand. in 2. d. 12. q. 2. n. 24. Gab. in 2. d. 12. q. 2. Major in 2. d. 14. q. 2. Arriaga d. 5. Phys. f. 3. n. 47. Oviedo cont. 5. Phys. p. 5. n. 2. estque communis inter recentiores opinio: pro quâ etiam citari videtur posse Suarez d. 13. Met. f. 10. n. 8. ubi expresse dicit corpus hujusmodi completum simplex sibi non videri impossibile.*

IV. *Conclusio: possibile est corpus completum simplex, non constans partibus essentialibus, materiâ scilicet & formâ: ita auctores secundæ sententiæ. Probatur primò, sicut possibilis est spiritus incompletus, nempe anima rationalis, quæ ordinatur ad componendum unum cum materiâ, & spiritus completus, nempe Angelus, ita cum detur corpus simplex incompletum, nempe materia prima, & forma*

materia, quæ ordinatur ad constituendum unum aliquod tertium completum, quidni dari etiam poterit corpus completum simplex quod scilicet nullas habeat partes essentielles? Quæ, inquam, hujus assignari implicantia potest? Quod si assignari implicantia nequeat, non est cur illud negemus, nullam verò assignari posse ostenditur sect. sequente solutione argumenti. *Non tamen sequitur hujusmodi corpus de facto dari.*

V. Ex his inferunt aliqui, debere de facto dari hujusmodi corpus completum simplex; si enim, inquit, sit possibile, pulchritudo universi exigit ut de facto deus. Hæc consequentia planè est invalida: nec enim necessarium erari debet quicquid spectat ad pulchritudinem universi, multi enim asserunt esse possibile creaturas, quæ agant in distans, quæ creent, & item materiam spirituales, & alia hujusmodi, quæ tamen de facto non dantur. Deinde, potest dari materia quæ informetur formâ incorruptibili in mundo hoc sublunari, & spectat ad pulchritudinem universi, non tamen inde sequitur de facto dari. Hic solum noto in hanc eandem inconsequentiam labi aliquos ex adversariis, dum exinde probant cælum constare de facto ex materiâ & formâ, quia possibile est forma quæ indissolubiliter informet materiam: quæ consequentia nihilo melior est illâ, quam hic impugnavimus. *Non necessarium erari debet quicquid spectat ad pulchritudinem universi.*

SECTIO II.

Argumenta contententia non posse dari corpus simplex.

Obijciens primò cum P. Hurtado d. i. de cælo, l. i. n. 8. idem implicare quia non posset vegetare, seu augere se ab intrinseco, eum omnis nutritio fiat per immutationem primarum qualitatium, & per inductionem formæ alii in materiam alimentis; hic autem nulla esset forma nec materia, ergo. Transcat non posse nutriri, non enim est necessarium ut sit vivens, & nutriatur. Poterit tamen extrinsecus augeri per additionem aliarum partium similium, per productionem unionis continuativæ, ut sit in aquâ, materiâ primâ, & aliis. Quo etiam modo posset diminui, & amittere partes aliquas, sui per discontinuationem, sicut diminuntur ignis, & aqua. Deinde, non apparet cur non posset vegetare aliquo modo, & nutriri, diversâ scilicet ratione à vegetatione, & nutritione viventium, quæ consistunt ex materiâ & formâ, nempe uniendo sibi per continuationem ab intrinseco varias partes aliorum corporum simplicium habentium alias qualitates, à nobis diversas. *Obij. implicare corpus simplex quia non posset vegetare, & nutriri.*

II. Obij. corpus simplex non posse esse sensitivum. cum omnis sensatio dependeat ab accidentibus, nempe à tali temperamento primâ qualitatum, quarum capax non est corpus simplex, cum primæ qualitates sint ex naturâ suâ dispositiones ad formam substantialem quæ tamen in corpus simplex induci non potest, cum non sit materia, seu quid incompletum. Resp. primò concedendo totum, obiectio enim ad summum probat tale corpus non posse esse sensitivum: non tamen inde inferitur non posse dari. Secundo Resp. sicut respondet ipse P. Hurtado. n. 12. & fatetur responsionem manifestè oppugnari non posse. Resp. inquam, licet hæc accidentia sensu percipere non possit, ut pote ad quorum sensationem requiratur tale temperamentum primarum qualitatium in organo, non tamen repugnare quo minus sentiat alia alterius rationis, & quæ à primis qualitatibus non dependent. *Obij. corpus simplex non posse esse sensitivum.*

III. Obijciens tertio: carere compositione integrali. *Resp. Secundo posse corpus simplex sentire alia accidentia.*

R. P. Th. Compioni Philosophia.

arguit majorem perfectionem quàm carere compositione essentiali: ergo si corpus simplex ob suam perfectionem careat compositione essentiali, debet carere compositione integrali. Resp. negando antecedens universim loquendo: habitus enim erroris, aut vitij alicujus, item species intelligibilis muscæ, aut materiæ primæ, vel negationis, ubicario etiam Angelica, in sententiâ eam statuente indivisibilem, sunt imperfectiores leone, vel equo, & tamen carent compositione tam essentiali, quàm integrali quoad extensionem, equus verò, & leo carent neutrà: ergo universim loquendo non arguit majorem perfectionem carere compositione integrali. *Universim loquendo non arguit majorem perfectionem carere compositione integrali.*

Corpus ergo simplex, esto perfectius foret multis corporibus naturalibus, seu constantibus ex materiâ & formâ ut terrâ, aquâ, &c. (licet fortè omnia corpora simplicia teriam aut aquam in perfectione non excederent, sed tanta esse posset variabilitas in corporibus simplicibus, quanta in compositis) omnia tamen corpora, seu composita naturalia in perfectione non excederet: sed perfectio quam haurit ex simplicitate, posset per aliud prædicatum in rebus compositis reperitum compensari, imò & vinci. Nec video cur cælum, licet esset corpus simplex, non superaretur in perfectione à leone, vel equo, aut alio animali perfecto, cum non sequatur, corpus aliquod, ipso facto quod sit simplex, fore vivens, & multò minus sensibile: ex perfectione autem serie operationum per se loquendo desumitur major perfectio principij. *IV. Tanta esse posset variabilitas in corporibus simplicibus, quanta in compositis.*

Obijciens quartò: sequi, ipso facto quod sit corpus simplex fore perfectius quovis principio sensitivo, nam sequitur fore intellectivum. Sequela probatur, quia esset actus completus per se subsistens, ergo principium intellectus, & voluntatis, idè eum probamus Angelum esse principium intelligendi & volendi, quia est actus spiritualis completus. *Ex perfectione serie operationum desumitur perfectio principij.*

Sed contrà, non enim rectè deducitur argumentum ab actu subsistente completo spirituali ad actum completum per se subsistentem materiale, sicut non valet consequentia ab actu in completo subsistente spirituali ad actum incompletum subsistentem materiale: nec enim valet, anima rationalis est principium intellectus & voluntatis, ergo forme materiales, incompletæ, sunt principia intellectus & voluntatis: ergo similiter non valet hæc consequentia, actus completus spiritualis per se subsistens, nempe Angelus, est intellectus: ergo actus completus materialis per se subsistens, erit intellectus. Ratio verò, unde probamus Angelum esse principium intellectus & voluntatis, est, quia cum sit actus, & non sibi alie potentie & actus spirituales, quàm intellectus, & voluntatis (saltem quæ nobis innotescunt) debet esse principium intellectus & voluntatis. At corpus simplex poterit esse principium variarum potentiarum, & actuum materialium, sicque simpliciter non esset tam perfectum, aique est Angelus. *V. Obij. sequi corpus simplex fore principium intellectus & voluntatis.*

Tandem dico, fore corpus hoc perfectius animâ rationali secundum quid, simpliciter imperfectius. Sicut in contrariâ sententiâ, cælum quod est incorruptibile, est secundum quid perfectius homine, qui est corruptibilis, simpliciter tamen est homine imperfectius, quia scilicet homo est principium perfectiorum operationum, ex quo capite, ut dixi, præcipue desumenda est cuiusque rei perfectio. Nec est necessarium ut corpus simplex sit perfectius omni composito materiali, ut suprà diximus, multo minus Angelo, ad summum enim haberet in se perfectiones materiæ & formæ inter se identificatas, sicut visio quæ simul esset visio albedinis & nigredinis haberet in se identificatas perfectiones duarum vi- *VI. Sicut non valet ab actu incompleto spirituali ad actum materiale, ita nec à completo ad completum.*

VII.

Corpus simplex est perfectius animâ rationali, sed secundum quid perfectius animâ rationali, non simpliciter. *Corpus simplex in se identificatas habet perfectiones materiales, & formas.*

tionum, quarum altera esset albedinis tantum, altera tantum nigredinis. Quantumvis autem habeat in se perfectiones materiae, & formae materialis, idque perfectiori modo, non tamen propterea adequat perfectionem Angeli, aut animae.

VIII.

Corpus simplex possit habere quantitatem, saltem diversam a rationis a nostra.

Obiicies quinto: non posse corpus hoc habere quantitatem, ergo non est substantia corporea. Negatur antecedens, nec enim apparet ex quo capite repugnet ipsi quantitas, si distinguatur a substantia. Urget P. Hurt. n. 12. saltem non posse habere quantitatem ejusdem rationis cum nostra cum hac ordinetur ex natura sua tanquam dispositio ad formam substantialem. Transeat totum: & si non possit habere quantitatem ejusdem rationis, habeat diversam: sicut d. praecedente s. 2. n. 6. dixi de quantitate materiae coelestis, & sublunaris. In hoc tamen conveniret utraque quantitas, quod redderet eam radicaliter impenetrabilem, & potentem habere partes extra partes.

IX.

Corpus simplex esset virtualiter forma.

Obiicies sexto: & contrario fore hoc corpus rem imperfectissimam, & quae ob imperfectionem existere non possit a parte rei, esset enim res materialis, sine forma. Resp. primo, non egere formam substantialem, cum sit res omnino completa, defectus autem formae non est nisi in re incompleta. Secundo dico, fore sibi suam formam, seu principium activum, sicque nil opus alia forma. Erit ergo hoc corpus, ut supra dixi n. 7. virtualiter & materia aliquo modo, & forma: materia, in quantum est principium receptivum quantitatis, & aliorum accidentium, forma, in quantum accidentia aliqua possit producere, tum immanenter, tum transeunter. Nec video cur aliqui negent posse corpus simplex producere accidentia. Imo existimo producere posse aliquas formas substantiales: ut, si coelum sit corpus simplex, producere poterit formam ranae, muris, aut ignis.

Obiicitur septimo a P. Suarez: non potest dari res corporea incapax omnis formae accidentalis, ergo nec substantialis. Negatur tamen consequentia: sicut & datur substantia completa spiritualis incapax formae substantialis, non tamen formae accidentalis, cum Angeli varios actus eliciant, & de loco in locum moveantur. Ratio est, quia est de conceptu intrinseco creaturae, ut sit mutabilis, saltem accidentaliter, nempe, ut sit in hoc vel illo loco, aut tempore, per ubicationem & durationem, ut producat hac vel illa actione &c. non tamen est de conceptu creaturae, ut sit mutabilis substantialiter, seu per formam substantialem, ut patet in Angelo.

XI.

Quo sensu corpus simplex esset materiale, & actus.

Mitto leviora quaedam, ut quod corpus illud esset materiale, & non esset. Secundo, quod nec esset actus, nec potentia. Tertio, quod produci deberet per creationem. Ad primum enim dico, si per materiale intelligatur id quod constat ex materia, non esse materiale, sicut nec hoc sensu forma ignis est materialis. Si vero per materiale intelligatur id quod habet molem corpoream, sic corpus illud est materiale. Ad secundum resp. non esse corpus illud actum informantem, esse tamen actum materiale completum, sicut Angelus est actus completus spiritualis. Ad tertium, nihil in eo incommodi, quod produci debeat per creationem, cum hoc etiam competat materiae primae.

SECTIO III.

Utrum caelum sit huiusmodi corpus simplex.

Prima sententia docet caelum non esse corpus simplex, sed componi ex materia & forma: ita

prae multos ex antiquis Philosophis Capreolus in 2. d. 12. Soncin. 12. Met. q. 7. Conimb. de caelo. l. 1. c. 2. q. 4. art. 2. Suarez. d. 13. Met. s. 10. n. 8. Rubius hic l. 1. c. 2. q. 5. Murcia l. 1. de caelo d. 2. q. 3. Hurt. d. 1. de caelo sect. 1. Tann. 1. p. d. 6. q. 2. d. 4. n. 3. Oviedo hic p. 2. n. 8 & alij plurimi.

Secunda sententia affirmat caelos compositionis essentialis expertes esse, sicque non constare materia & forma, sed esse corpora completa simplicia: ita Dur. in 2. d. 12. Gab. ibid. Aureol. in 2. d. 14. ar. 1. & 2. Bassolis d. 14. q. 1. art. 4. Scotus vero in 2. d. 14. q. 1. ait secundum Theologos admittendam esse materiam in caelis, secundum Philosophos negandam: sicque eos, qui negant, & caelum asserunt esse corpus simplex, melius ait assequutos esse mentem Aristotelis.

Dico primo: probabilius est caelum Empyreum non constare materia & forma, sed esse corpus simplex. Haec conclusio iisdem rationibus probatur quibus sequens. Minorem vero inde habet difficultatem, quod creatum sit eodem instante cum terra, & aquis, sicque non est formatum ex materia aquarum, ut aliqui contendunt de reliquis caelis. Illa enim verba Genes. 1. *In principio creavit Deus caelum & terram*, omnes intelligunt saltem de caelo Empyreo, praeter S. Augustinum, qui l. 12. Confess. c. 7. per caelum illo loco intelligi vult naturam Angelicam. Licet etiam poterit Deus eodem instante cum terra, & aquis creasse caelum Empyreum ex materia, imo ex simili materia cum illis, nullum tamen est fundamentum affirmandi de facto eum ita fecisse.

Dico secundo, Probabilius etiam mihi videtur alios omnes caelos non componi ex materia & forma, sed esse similiter corpora simplicia. Ita auctores n. 2. relati. Probatur primo ex nonnullis locis Aristotelis, ubi hoc expresse docere videtur, licet alijs etiam locis obscurius loquatur: quapropter P. Suarez. d. 13. Met. s. 10. n. 2. & alij consent illius mentem hac in parte esse valde dubiam. Octavo itaque Met. tex. 14. sic habet, *neque omnium est materia, sed quorumcunque generatio & transmutatio invicem sunt: quae omnesque vero absque transmutatione sunt, horum materia non est*. Et postea subiungit *substantias perpetuas materiam non habere, sed caelum, secundum ipsam est substantia perpetua, seu incorruptibilis: ut supra vidimus d. 1. l. 2. n. 5. ergo, non substantia*.

Secundo probatur, in caelo nullum est vestigium materiae, ergo esse non implicet ut in eo sit materia, non tamen propterea est asserendum de facto esse. Consequentia probatur, sic enim licet non repugnet ut lux in caelo sit diversae speciei per se facta a luce in aere, de facto tamen non ita esse docent communiter Philosophi, quia nullam apparet huiusmodi diversitatis specificae indicium. Sic etiam in plantis non dicimus esse gradum sensitivum, nec in talpa visum, sicut in alijs animalibus, quia nullam ex operationibus, & effectibus horum signum videmus. Eodem ergo modo si in caelo nullum sit indicium ex quo colligamus esse ibi materiam, gratis id asseremus.

Antecedens itaque argumenti, nempe in caelo nullum esse indicium, aut vestigium materiae, probatur: tota enim ratio unde colligunt Philosophi esse in rebus sublunariis materiam, & substantias habere constare ex materia & forma, est quia vident perpetuam vicissitudinem transmutationum, ac generationum substantiarum, unde colligunt esse debere commune aliquod subiectum substantiale, in quo fiat haec transmutatio: hoc autem non potest esse aliud quam materia: ergo dari debet in rebus sublunariis materia. Sed hec argumentatio cessat in caelo, ubi nulla cernitur huiusmodi transmutatio substantia-

Prima sententia negat caelum esse corpus simplex.

II. Secunda sententia affirmat caelum esse corpus simplex.

Scoti haec in re opinio.

III. Probabilius est caelum Empyreum esse corpus simplex.

Quid hic per caelum intelligat S. Augustinus.

IV. Probabilius etiam est alios caelos esse corpora simplicia.

V. Probatur, quia in caelo nullum est indicium materiae.

VI. Fundamentum unde colligimus esse materiam & formam in rebus sublunariis, non reperitur in caelo.

stantialis, ergo licet forte non repugnet, ut in cœlo sit materia, nullum tamen habemus fundamentum ad asserendum de facto materiam in eo reperiri.

VII. Dices; primò quidem inventam fuisse materiam ex transmutatione substantiali, cognitâ tamen semel materiâ, posse nos ratiocinatione seu discursu deducere, sicut est in aliquibus corporibus, ita esse in cœlis. Distinguo; in aliis ubi apparent eadem indicia, concedo; ubi non apparent, nego: sicut de luce, plantis, & talpâ superius diximus n. 5. & infinita alia in eandem rem afferri possent exempla.

VIII. Tertiò probatur: in cœlo recipi non possunt accidentia corruptiva, ut omnes communiter admittunt, sicque non potest ulla fieri transmutatio substantialis, ad quid ergo ibi materia? Conf. Deus quia in orbe sublunari voluit esse vicissitudines & transmutationes, fecit media proportionata, nempe materiam: sed in cœlo non voluit fieri hujusmodi transmutationes substantiales, ergo non est cur illud voluerit compingi ex materiâ.

SECTIO IV.

Argumenta contententia cœlum non esse corpus simplex.

I. Objicies primò, secundum Aristotelem 2. de Anima in principio, substantia omnis est materia, vel forma, vel composita ex utraque. Sed contrâ, non potest Aristoteles intelligi strictè, Angelus enim est substantia, & tamen nec est materia, nec forma, nec compositus ex utraque. Loquitur ergo Aristoteles, ut constat clarè ex contextu de rebus tantum quæ cadunt sub generationes, & transmutationes, quæ in dies contingunt.

II. Nec quando Aristoteles numerat cœlos inter res naturales, intelligendus est ut velit esse rigorosè rem naturalem, & quæ in se habeat naturam propriè dictam, quæ secundum ipsum est propriè sola materia & forma, sed numeratur ab eo inter res naturales, tanquam quid spectant ad illarum productionem, & conservationem, sicque esse rem naturalem casualiter, non formaliter, cum sublunaria omnia pendeant perpetuò ab influxu cœli, ut sæpè Aristoteles docet, & est per se manifestum. Vel secundò responderi posset, Aristotelem ibi per res naturales, solum intelligere corpora motûs localis capacia, ut legenti illud caput constabit: hoc autem sensu clarum est, cœlum, esto sit corpus simplex, esse rem naturalem.

III. Objicies secundò: cœlum est densum, ergo habet materiam: rarum enim & densum in conceptu suo includunt materiam: rarum siquidem definitur, quod sub magnis dimensionibus parum habet materia: & densum contrâ, quod sub parvis dimensionibus multum habet materia. Resp. materiam ibi non sumi strictè, pro parte scilicet essentiali compositi naturalis (nam in quantitate separatâ à subiecto datur rarefactio, & condensatio, ut patet in speciebus sacramentali-

bis) sed sumitur illic materia pro omni eo quod habet partes integrales, & ex naturâ suâ est capax quantitatis. Unde tandem, cum obijciatur, cœlum, si non habeat materiam, fore materiale, & non fore, æquivocatio est in voce materiale, ut dictum est sect. secundâ, n. 11. si enim per materiale intelligatur idem atque corporeum, sic cœlum est quid materiale: latius enim patet corporeum quàm materiale in stricto illo sensu materialis, prout illud solum est materiale, quod vel est materia, vel illam in se includit.

Objicies tertiò: innuere Scripturam cœlos componi ex materiâ & formâ, dum eos ex aquâ confectos esse insinuat. Conf. primò ex illo Sap. 11. v. 5. Omnipotens manus tua creavit orbem terrarum ex materiâ invisâ. Conf. secundò ex Isaia 50. v. 6. & c. 65. v. 17. ubi hi cœli destruendi dicuntur, & in meliorem substantiam convertendi: ergo constat ex materiâ, & non sunt corpora simplicia. Sed hæc non urgent, ut jam ostendam.

Ad primum ergo, æquè facit contra eos qui materiam cœli diversam specie statuunt à sublunari, inter quos sunt S. Dionysius, S. Basil. S. Thomas & alij quos retuli d. præcedente f. 1. n. 5. Dico itaque cum P. Suar. d. 13. Met. 11. n. 25. colligi nullo modo posse ex Scripturis cœlos ex aquâ factos esse: imò addit, nec ex ullâ omnino materiâ. Unde, illud in principio Deus creavit cœlum & terram, S. Hieronymus Epist. 139. ad Cyprianum, S. Basil. Hom. 2. in Hexam. & alij intelligunt non de cœlo Empyreo tantum, sed de omnibus orbibus cœlestibus: ergo manifestum est, non illos confectos ex aquâ.

Ad primam confirmationem dico cum eodem Suario n. 30. per materiam invisam non illic à Sapientia intelligi materiam primam, de qua, inquit, nunquam expressam mentionem fecit Divina Scriptura, sed sumitur materia ibi latè, pro eo ex quo mundus factus est, quicquid illud sit: sicut lapides & ligna sunt materia domûs, licet non sint sola materia prima, nec minùs propriè dicentur materia domûs, si essent corpora simplicia.

Ad secundam confirmationem multi, quos supra retuli d. 1. f. 2. n. 10. aiunt orbes cœlestes in fine mundi quoad accidentia tantum quædam immutatum iri, non quoad substantias. Sin autem sustinere quis velit hos cœlos verè destruendos, & in alios novos transmutandos, dicere poterit eos, non quoad formas, ut volunt alij, seu conversione partiali, sed totos, seu corpora hæc simplicia in alia conversione totali, transitura. Constat ergo cœlum partibus integrantes, non substantialibus, estque extensivè tantum divisibile.

Ex his infero, malè dixisse Rubium l. 1. de cœl. c. 2. q. 5. opinionem, quæ cœlum statuit corpus simplex, à scholise esse relegate, cum graves pro se auctores habeat, ut vidimus. Multò autem prius dixit Carthusius, in 2. d. 14. quæst. 1. eandem sententiam esse erroneam, cum fundamentis nitatur, vel paribus fundamento alterius sententiæ, ut quidam, etiam ex adversariis fatentur, vel, ut multi putant, superioribus.

DISPUTATIO IV.

De reliquis ad caelorum notitiam spectantibus.

SECTIO PRIMA.

De caelorum numero.

I. **D**E ijs qui moventur est sermo, seu inferioribus Empyreo: caelum enim Empyreum non curant Astronomi, Theologi relinquunt. Hic suum illi solem, suas stellas inveniunt, fixas omnes, solisque illius radijs perpetuo illustratas, in charitate tamen à se invicem diversas; quæque suo loco & ordine in caelo Empyreo sita firmamentum conficiunt, haud paulo splendidius illo, quod hinc in dies oculis intuemur.

Caelum
Empyreum
Theologo-
rum pro-
prium.

II. Caelum, inquam, Empyreum non curant Astronomi, quia Astronomi: utpote in quo nulli diversorum orbium, aut astrorum occurfus & recursus, varijque planetarum aspectus, & hujusmodi alia discernuntur. Plurimum tamen nobilissima hæc scientia ad caeli etiam Emphyrei, rerumque divinarum contemplationem confert: utpote quæ mentem à terrenis rebus avocat, caeloque totam infigit: dumque animum solis ac syderum disquisitione, orbiumque celestium considerationi intentum detinet, facile à caelo ad caelum, à sole ad solem mentis oculi transferuntur: sicque Astronomus hoc sensu facile fit Theologus.

Astronomia
multum
ad rerum
divinarum
contempla-
tionem con-
ducit.

III. Plures ergo caelos esse quam unum ostendunt tot, & tam varij astrorum motus, quæ si in uno firmamento fixa essent, non possent habere tam discordem inter se concordiam, nisi vel cum P. Hurtado ponantur tubi quidam seu canales, & foramina in quibus deferantur stellæ, vel dicantur caelum esse fluidum, stellasque in eo natæ ut in mari pisces, quod d. 1. f. 3. & 4. ostendi esse falsum: vel denique dicatur duo corpora inter se penetrari, quod, ut supra etiam dixi, naturaliter fieri non potest.

Necessaria
est plures
esse caelos,
quam unum.

IV. Aliqui in universum tres statuunt caelos, ita tamen, ut ex ijs unum dicant esse ætherem, quo sensu aves dicuntur volucres caeli; plurimum dicitur descendere de caelo (nempe æthereo) & catarracta caeli dicitur aperiri dum magna vis pluviae descendit &c. Aliud caelum dicunt esse æthereum à concavo lunæ usque ad firmamentum inclusivè, & stellas in se omnes tam fixas quam erraticas continere. Tertium demum asserunt esse caelum Empyreum, seu locum Beatorum.

Astronomi
hodie decem
ponunt cae-
los.

Firmamen-
tum, seu
Aplane.

Motus
raptus,
& trepidationis.

Ordo, &
situs sphae-
rarum ce-
lestium.

V. P. Clavius inter primos nostri temporis Astrologos c. 1. de Sphæ. & Astrologi hodie communiter, ponunt decem caelos præter Empyreum, ita ut in universum dicant esse caelos undecim, septem pro planetis, octavum, quod & firmamentum, seu aplane dicitur, quod nullæ sint in eo stellæ errantes, deinde, ob motus diversos in octavâ sphaerâ observatos, ab Oriente scilicet in Occidentem: ob hunc ponitur decimum caelum, seu primum mobile. Secundus motus esse contra ab occasu ad ortum, propter quem assignatur sphaera nona. Demum, habet octava sphaera motum proprium, quem accessum & recessum à polo ad polum, seu trepidationis vocant. Constituuntur ergo caeli hoc ordine, sphaera Lunæ, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Jovis, Saturni. deinde octava sphaera, seu firmamentum: postea nonum,

seu Chrystallinum: deinde decimum, seu primum Mobile: postea Empyreum.

VI. Alij tamen, præsertim recentiores Astrologi non ponunt tantum numerum caelorum, sed planetas omnes in quatuor, vel quinque, imò aliqui in tres caelos compingunt, quibus tamen varios assignant circulos concentricos, excentricos, & epicyclos: sed in hac sententiâ quæstio penè est de nomine, utrum pro planetis constituendi sint tres, quatuor, quinque, vel septem caeli.

VII. Ut quid hac in re verisimilius mihi videatur, aperiam: existimo necessarios non esse tot orbes celestes quod communiter ponunt Astrologi, præsertim si dicantur caeli moveri ab Intelligentiis. Et ut incipiamus ab initio, primum mobile, quod statuunt immediatè infra caelum Empyreum, & à quo moveri cæteros omnes caelos asserunt, videtur planè superfluum. Quod idem etiam est de caelo chrystallino, & orbibus qui collocantur supra firmamentum.

VIII. Dices, poni hos caelos ob diversos motus quos decursu temporis inveniunt Astrologi. Contra, hi diversi motus (si tamen sint diversi) non requirunt ullam sphaeram supra firmamentum; sed possunt immediatè fieri ab Intelligentiis: nec enim video cur non possint intelligentiæ æquè producere impulsus & motum immediatè in firmamento ipso ac mediatè, prius scilicet illam producendo in aliâ sphaerâ superiori. Ex: G. Angelus ille, qui mediatè producit motum raptus in firmamento, prius scilicet eum producendo in primo mobile, cur non possit eundem immediatè producere in ipso firmamento? Et idem est de motu ab Occasu ad Ortum, sicut & de motu trepidationis à polo ad polum, & cæteris omnibus siqui alij reperiantur motus in firmamento.

IX. Unde si quis vellet ponere duos vel tres Angelos in firmamento, nulla videtur difficultas ut fiant omnes illi motus immediatè in ipso firmamento, & consequenter tolli possunt omnes caeli supra firmamentum, & dici firmamentum esse proximum caelo Empyreo. Imò mihi videtur probabile, posse omnes illos motus provenire ab uno Angelo, re enim verà non sunt plures motus, sed unus modificatus, sicut ergo ponitur alius Angelus qui retardet impetum productum à primo, & tertius qui deflectat aliquantulum in obliquum versus alterum ex polis; ita idem motus produci poterit modificatus ab uno eodemque Angelo qui imprimat impetum ex naturâ suâ causativum motus tantæ solum velocitatis, eumque obliquum, seu versus alterum ex polis.

X. Sicut v. g. Si Petrus imprimeret globo alicui ligneo, aut lapideo impetum ut sex rectâ versus Occidentem, hic impetus produceret ex se motum ut sex rectâ versus Occidentem, si tamen Paulus imprimendo impetum ut duo obfisteret, non produceretur motus nisi ut quatuor, sed adhuc rectâ versus Occidentem, si verò Joannes eundem globum impellat simul aliquantulum versus Septentrionem, non feretur globus rectâ versus Occidentem, sed nonnihil deflectet ad Septentrionem: quidni ergo Petrus solus poterit imprimere eidem globo impetum ut quatuor, nonnihil illum simul inclinando versus Septentrionem à quod si faciat, tunc Petrus solus

Nulla est
sphaera inter
firmamen-
tum, &
Empyreum.

Diversi illi
motus in ipso
firmamento
possunt im-
mediatè pro-
duci ab in-
telligentiis.

Motus rap-
tus est ab
Oriente ad
Occidentem.

Motus tre-
pidationis
est à polo ad
polum.

Unus An-
gelus pos-
set omnes mo-
tus produci.

Exemplo
ostenditur
posse omnes
illos motus
ab uno
Angelo
produci.

solus praestabit id, quod prius faciebant omnes tres. Idem ergo facere poterit unus Angelus in Firmamento: ergo &c.

XI. Quoad numerum stellarum, dicunt Astrologi communiter esse mille vigintidus, nempe notas: nam esse longè plures, primò constat ex circulo la-
De numero stellarum.
deo, quem ex innumeris stellis compactum esse communis est opinio. Praecipue verò probatur ex locis quibusdam sacrae Scripturae, ut Gen. 1.5. v. 5. ubi Deus Abraham ait, *suscipe calum, & numera stellas si potes.* Item c. 22. v. 17. & c. 26. v. 4. *multiplicabo semen tuum sicut stellas cali, & sicut arenam, quae est in litore maris.* Quod signum est stellas esse longè plures quam numerant Astrologi.

SECTIO II.

Sintne sphaera omnes caelestes contingua, vel aqua iis interposita.

I. Molina, quem sequitur P. Hurt. d. 3. de Cael. l. 3. cum aliis nonnullis existimat non omnes caelos esse inter se contiguos immediatè. Ratio est, quia in Scriptura dicuntur aquae esse supra caelos. Quod cum intelligi nequeat supra caelum Empyreum, cum supra illud nihil omnino sit, sed spatia purè imaginaria, debent aquae illae esse supra aliquos ex aliis caelis: sicque ponunt hi auctores aquam intra caelum Empyreum, & primum mobile, nec enim intra alios caelos tam commodè collocari potest, cum impediret quo minus una sphaera aliam moveret. Unde ajunt, licet caeli qui moventur, sint inter se contigui, non tamen esse eos contiguos seu conjunctos immediatè cum Empyreo, sed interponi aquam.

II. Communior tamen & melior sententia asserit caelos omnes esse inter se contiguos. Difficultas solum est, quid intelligatur per aquas quae dicuntur esse supra caelos, & quae ponuntur divisae per interpositionem firmamenti, quando dixit Deus, *fiat firmamentum, & dividat aquas ab aquis.*

III. Origenes per aquas supra caelos intelligit Angelos sanctos Dei conspectu fruantes, per aquas verò inferiores, quae per firmamentum à superioribus dividuntur, intelligit Angelos malos de caelo ob peccatum deturbatos, indeque perpetuò exclusos. Inter quos proinde, & bonos Angelos magnum chaos, inquit, est firmatum, ita ut ad locum Beatorum regredi non possint. Hae tamen sententia ab omnibus rejicitur, & Origenes hoc nomine à sanctis Patribus Epiphano, Hieronymo, Basilio, S. Thomà 1. p. q. 68. ar. 2. & aliis reprehenditur. Unde S. Augustinus qui 1. 13. Conf. c. 32. per aquas supra caelos Angelos intellexerat, opinionem illam retractat 1. 2. Retrac. c. 6.

IV. S. Augustinus 1. 2. de Gen. ad litt. c. 4. S. Hieron. ep. 83. & alij multi per aquas supra caelos intelligunt nubes, secundum illud Job 26. v. 8. *qui ligat aquas in nubibus suis*: per caelum autem vel caelos, intelligunt infimam aëris regionem, quam etiam dicunt intelligi per firmamentum, quod dividit aquas ab aquis. Hanc explicationem ideò rejicit S. Thomas in 2. d. 14. q. 4. a. 1. quia in eodem contextu sumeretur intra paucas lineas nomen firmamenti aequivoce, cum ibidem dicatur Deus posuisse stellas in firmamento.

V. Alij tum ex sanctis Patribus, tum Theologis per aquas supra caelos intelligunt veras aquas sublunarium similes: quorum alij eas dicunt esse liquidas, alij instar glaciæ concretas, & congelatas. Alij demum non aquas propriè, sed vapores quosdam supra caelum sidereum, seu firmamentum esse volunt.

VI. S. Thomas 1. p. q. 68. a. 2. S. Bonav. Durandus, & alij per aquas supra caelos intelligunt caelum crystallinum: nam inquit, sicut supremum omnium caelum R. P. Th. Comptoni Philosophia.

ob similitudinem quam habet cum igne, vocatur Empyreum, ita hoc ob similitudinem cum aqua, vocatur aqueum, & crystallinum.

Aliqui tandem per aquas supra caelos, intelligunt materiam aliquam spirabilem, quam dicunt includi intra caelum Empyreum, beneficio cujus Sancti ibidem loquuntur.

Caelum itaque Empyreum utrimque, seu & supremà & infimà parte firmum esse dicunt & solidum, in medio autem (qui locus Beatorum habitationi est destinatus) liquidum, & spirabile: de quo proinde intelligunt illud Apoc. 7. v. 17. *Agnus &c. reget eos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum.* & alia hujusmodi, quae in Apoc. sæpè recitantur.

Utraque hæc postrema explicatio mihi videtur probabilis: secundum quos sustineri potest caelos omnes esse sibi invicem contiguos, & non aqua interposita disjunctos.

SECTIO III.

De motu, & figura Orbium caelestium.

Quaes primò, utrum moveantur caeli ab Intelligentiis? P. Lessius cum aliis nonnullis dicit moveri eos à solo Deo. Communis tamen sententia affirmat moveri ab Intelligentiis: quod ita jam invaluit apud omnes, ut penè nefas sit id inficiari, cui proinde ob tot tamque doctorum hominum auctoritatem subscribo, omnesque constanter asserunt, non posse motum illum provenire ab intrinseco. Rationem tamen quæ hoc convincat, non video.

Prima quæ affertur, est, quia si motus caelo esset naturalis, & à principio activo intrinseco, ergo quies esset illi post diem Judicii violenta. Sed contrà primò: nam idem argumentum fieri posset de influxu, nempe, cum procedat à principio effectivo intrinseco, fore cessationem ab eo post diem Judicii violentam? Et idem ferè est in corporibus beatorum quoad potentiam nutritivam, & generativam, quæ post diem Judicii nunquam prodibunt in actum. Deinde, solvitur clarè hoc argumentum, si dicatur, quod multi Patres affirmant, & sæpè insinuat in Scriptura, ut supra notavimus, destructam iri hos caelos, & alios eorum loco producendos.

Secundò arguunt, quia motus est ob aliquam perfectionem, & utilitatem mobilis, unde dicitur motus est propter quietem, sed motus caeli, cum sit circularis, esse non potest ob aliquam utilitatem mobilis, cum non tendat in aliquem terminum, ubi melius se habeat mobile, quàm antè, ut contingit in gravibus & levibus: quod enim movetur circulariter, semper movetur inter eosdem terminos, ergo non potest dari quidquam quod petat moveri circulariter, seu quod habeat in se principium motus circularis.

Resp. dictum illud, *motum esse propter quietem*, intelligi de motu recto qui ex natura sua ordinari videtur (saltem in illis motibus rectis quos novimus) ad collocandum corpus in loco aliquo commodo, ut constet in gravibus & levibus, motus autem circularis, cum ex natura sua non tendat in novum locum, simpliciter non potest ad hoc ordinari, ac proinde perfectio, quam accipit corpus à motu circulari, est ipse motus, & terminus per ipsum productus. Adde, in caelis esse aliquid peculiare cur in se habeant principium intrinsecum motus circularis, per motum enim hunc magis conducunt ad generationes & conservationes rerum, vicissitudinemque, quam in dies perspicimus: & hoc modo eorum vis & efficacia magis innotescit.

Et per hæc patet solutio ad id, quod hic quaeri solet, liq

calosini
gunt caelum
crystallinum.

VII. Nonnulli per aquas illas intelligunt materiam spirabilem.

VIII. Caelum Empyreum intrinsece liquidum.

IX.

I. Utrum caeli moveantur ab Intelligentiis.

II. Licet motus caeli esset ab intrinseco, quies post diem Judicii non esset caelo violenta.

III. Motus est propter quietem.

IV. Ostenditur quomodo motus circularis possit esse ab intrinseco.

Motus circularis in caelis, est & ipsi, & mundo sublunari bonis.

V. Sint motus caelo naturæ

solet, utrum scilicet motus cæli dicendus sit illi naturalis, necne? si enim sit ab intrinseco, non est dubium quin sit cælo naturalis: sin minus, dicendus potius illi videtur præternaturalis, sicut & motus ignis in sua sphaera, ubi nec motum petit, nec retpuit.

VI.
Cessante
motu cæli,
non cessant
omnes
motus, &
generationes
in rebus
sublunari-
bus.

Quæres secundò, an cessante motu cæli, cessarent omnes motus, & generationes rerum sublunarium? Resp. negative cum P. Suar. Hurt. Conimb. & aliis, contra quosdam id afferentes. Ratio à priori est, quia motus cæli non influit physicè in res sublunares, cum motus sit solum actio, & non principium influens usque quod, habetque pro termino suo tantum diversam ubicationem partium cæli, & est solum applicatio activa earum ad diversas regiones, & partes mundi: sol enim non produceret lucem in nostro hemisphaerio, nisi applicaretur per motum. Nec tamen motus qui est applicatio activa, nec ubiatio quæ est applicatio formalis, quidquam agunt physicè in lucem, sed solus sol, quasi staret fixus in nostro hemisphaerio, & non moveretur, eodem modo produceret lucem, quo eam nunc producit: sicut etiam fecit dum stetit ad vocem Josue. Verum quidem est, non futuram tunc eam generationum & temporum vicissitudinem, quæ modò est; non quòd motus illam physicè efficiat, sed quòd diversimodè applicet diversas stellas, partes cæli, & solem nunc huic mundi parti, nunc illi, unde varietas & vicissitudo temporum provenit.

Si tamen
cessaret mo-
tus cæli, non
foret eis tem-
porum, &
generatio-
num vicissi-
tudo, quæ
modò est.

VII.

Quoad figuram calorum, omnes præter Empy-

reum sunt sphaerici, utpote ad motum circularem ordinati: nec enim possunt esse ovalis figuræ, aut cylindricæ, ut aliqui voluerunt, cum enim sphaeræ inferiores moveantur motu contrario, ut ita dicam, motui primi mobilis & diversæ quasi viæ per accessum & recessum à polo ad polum, deberent se vel penetrare, vel scindere, ut est manifestum.

De cælo Empyreo est difficultas quoad partem VIII. convexam, nam quoad concavam videtur certum esse sphaericum, cum sit contiguum decimo cælo, seu primo mobili. Aliqui ergo etiam quoad supremam partem seu convexam volunt illud esse figuræ sphaericæ, quia scilicet hæc, figura est perfectissima, ut communiter docent mathematici. At licet hæc ratio sit probabilis, cum tamen cælum Empyreum non ordinetur ad motum, sed quietem, congruentius videtur ut sit quadratum quoad partem convexam, hæc enim figura aptior est quieti, sicque statui cæli Empyreici conformior.

Deinde, verba illa Apoc. 21. v. 6. hoc videntur insinuare, ubi civitas dicitur in quadro posita. Quod autem pro contrario assertur de perfectione figuræ sphaericæ, licet fortè in se sit perfectior quadrangulæ, aliæ tamen congruitates allatæ suppleant illam majorem, si qua sit, perfectionem. Sicut ergo forma substantialis cæli Empyreici non est omnium perfectissima ex iis quæ creari possint, ita nec est necessarium ut habeat figuram omnium perfectissimam. Hæc de cælis, quoad nostrum institutum, sufficiant.

IX.

Insinuare
videtur
Scriptura
Cælum em-
pyreum, solum
quoad
partem su-
periore, esse
quadratum.

